

L. Cervantes Hn

Universidad de	
Facultad de	
Escuela de	
Estadía	
Título	
Número	

# IOANNIS CORASII

Tolosatis Iurisconsulti in titul. ff.  
de verbo. obligationib.

Commentarii,




AD CANDIDISSIMOS VIROS PE-

*trum Malinfantium, & Petrum Pappum,*  
*senatores grauisstinos.*



256(291) = 71



## LVGDVNI

APVD DOMINICVM POR-  
TONARIVM E TRIDINO,

1548

CANDIDISSIMIS VIRIS

PETRO MALINFANTIO,

& Petro Pappo, senatoribus grauisimis, Ioan-

nes Corasius Tolosus,

S. P. D.



VNC meum foetum, (amplissimi uiri) in sempiternum amoris nostri symbolum, uobis dare, dicareq; constitui. Cum enim a multis annis, inter nos fuerimus coniunctissimi: impellente partim necessitudine, qua summa mihi (Malinfanti nobilissime) & iusta tecum est: partim iucundissima familiaritate, & uetere amicitia, qua (ornatissime Pappo) inter nos magna semper fuit, decens esse putauit, hos ingenij mei fructus, quos in lucem emittere, & in communem studiosorum usum publicare uolui, uobis elargiri: ut non incognita esset exteris etiam gentibus, nostra cum necessitudo, tum amicitia, qua ciuibus nostris notissima est, & probatissima. Scio quantum in hac Iurisprudencia ualeatis, quantamq; laudem apud omnes sitis merito consequuti: quare cogitabitis ipsi, si quid in hoc nostro ad legem primam. ff. de uerborum obligationib. commentariolo reprehensionis futurum est, quemadmodum facturos, pro singulari uestra humanitate t, studiorum & uoluntatum consensione me quod fa- citis amate. Valentiae Al Martij.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16

Verborum obligatio.

Stipulatio. 2

Barbas. au dax.

Stipulatio § quo iure inuenta.

INVENTA

LIBRARIUS

CONDICIT E. H. V. S. S. S. S.

263  
IOANNIS CORASII

Tolosatis Iurisconsulti in titul. ff.

de verbo. obligationib.

Commentarii.



Summæ rerum in rubro tractatarum.

- 1 Verborum obligatio.
- 2 Stipulatio quid sit.
- 3 Quo iure inuenta.
- 4 Acceptilatio non fit sine stipulatione.
- 5 Serui capaces sunt iurisdictionum.
- 6 Serui stipulantur.
- 7 Acceptilatio est iuris civilis.
- 8 Exposita lan inutilis.
- 9 Stipulatio an sit inducta ex necessitate.
- 10 Maria. Soci. praeceptor.
- 11 Stipulatio an sit proprie contractus.
- 12 Stipulatio unde dicta.
- 13 Stipulum stipes.
- 14 Inominati contractus hodie rari.
- 15 Noua opinio.
- 16 Clausula notariorum.



BLIGATIONES ex cōtra-  
ctu, aut re contrahuntur, aut  
consensu, † aut verbis, aut  
litteris. §. fi. de oblig. in instir.

Verbis autem obligatio contrahitur, ex  
interrogatione & respōsione, cūm quid  
ari fieri ve nobis stipulamur. l. j. §. j. &  
§. verbis. ff. de actio. & obliga. Vnde eā  
Pomponius ita † diffinit. Stipulatio ( sic  
enim legumlatoribus placuit verborum  
obligationem appellare. ) Est verborū  
conceptio, quibus is qui interrogatur,  
daturum facturūmūe, se id quod inter-  
rogatus est respondet. l. stipulationum  
aliā iudiciales. §. stipulatio. hoc tit. Au-  
det tamē hic Barba. affirmare, in eo text.  
non poni diffinitionem, quod tam euide-  
ter falsum est, vt nulla prorsus egeat cō-  
futatione.

An autem de iure ciuili vel † gentium  
sit stipulatio, plusculum habere videtur  
difficultatis. Et ab Accur. traditum est  
iuris ciuiliis esse. Accur. in l. ex hoc iure.

ff. de iust. & iur. & in §. ius autem gentiū.  
de iure natural. & in §. de constituta. de  
actio. in insti. per illum text. cuius sentē-  
tiam alij communiter probauerunt, &  
ego amplector. Nam & eam Modesti.  
verba confirmant. Ea ( inquit ) quæ ci-  
uilliter acquiruntur, per eos qui in pote-  
state nostra sunt, nobis quæruntur, velu-  
ti per stipulationem. l. ea quæ ciuilliter. ff.  
de acqui. rer. domi.

Hoc tamen commune pronūciatum,  
pleriq; ex Vlpian. responso controuer-  
tunt, qui hoc nos iure vti dixit, vt iuris-  
gentium sit acceptilatio. l. an inutilis. §.  
fin. ff. de acceptil. acceptilationem † au-  
tem partem esse stipulationis nemo ne-  
gauerit. cūm sine stipulatione fieri ne-  
queat. §. itē per acceptilationē. ff. quib.  
mod. tolli. obligat. Ratio praterea non  
aspēnanda, stipulationem † de iure gē-  
tium esse probare videtur, quippe eorū  
quæ iuris ciuiliis sunt, serui sunt incapa-  
ces. l. quidam. ff. de pœnis. l. quod atti-  
net. ff. de reg. iur. serui † autem stipulan-  
tur. Ideoq; de illorum stipulatione tra-  
ctatus sunt editi speciales.

Ipsē tamen per hæc à communi non  
recederem, ad quam tum ex prædictis,  
tum ex Iul. Paul. constitutiōe impellor,  
qui eum actum in quo præter consen-  
sum verba desiderātur, de iure ciuili esse  
à cōtrario asseuerat. l. j. ff. locat. At quod  
diximus acceptilationem de iure gentiū  
esse, minimē verum est. cūm † eā à Gal-  
lo Aquilio proditam Florentinus Iuris-  
consultus autor sit. l. & vno. §. j. ff. de ac-  
ceptila. Proinde eam à iure ciuili indu-  
ctam fateri cogimur. l. penul. ff. de solu.  
Quod † autem Vlpia. scripsit, nos hoc  
iure vti vt iurisdictionum sit, propter pa-  
ctum, seu consensum in liberando dixit:  
z n̄ quem

Cōis opi-  
nio proba-  
ta.

Acceptila-  
tio pars sti-  
pulationis.

Serui capa-  
ces iurisgē-  
tium.

Serui stipu-  
lantur.

Acceptila-  
tio iuris ci-  
uiliis est.

Declarata  
l. an inutilis.

Verborū  
obligatio.

Stipulatio.

Barba. au-  
dar.

Stipulatio  
quo iure  
inuenta.

quem ante legem scriptam fuisse ignorat nemo, vt & Ioan. Accur. Bart. & alij permulti in dicta l. an inutilis. §. si. tradiderunt. Planè quæ de seruis obiecimur, perfacile est refellere. quandoquidē non ex propria, sed domini persona, illi stipulantur. l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de lega. j. l. j. vbi dicemus hoc tit.

Stipulatio, 9  
an inuenta  
propter ne-  
cessitatem.

Porrò ¶ non ex voluntate, sed ex necessitate Castren. Alexan. & posteriores, stipulationem à lege ciuili inductam putant. Propterea quod actus permulti sint, qui sine stipulatione non consistant, vt fideiussoria obligatio. l. blanditus. C. de fideiussor. & promissiones vsurarum, l. j. C. de vsur. item iudiciales, quæ pacto nudo factæ non sustinentur. l. siue apud acta. C. de transac. l. omnes. §. in hac. C. de epis. & cler.

Scriptorum  
omniū sen-  
tentia ex-  
plosa.

Verùm digna sunt hæc, quæ Plutonis familiæ adscribantur, ne eorum recordatio aliquo tempore vltior fiat. Quid enim per Deum immortalē ineptius, & insulsius dici, aut excogitari potest, quàm legem (quæ à libera ratione proficiscitur,) ad actum aliquē astringi, cogi, & vt ita loquar necessitari.

Maria. 80. 10  
cy. præcep.

Memini ipse ¶ cum Patavij essem, Maria. Socy. virum multis nominibus doctissimum, de loco superiore dixisse, se verba huiusmodi horrere, & detestari. Itaque verum est stipulationem ex voluntate, quam tamen cum ratione lex cōiunxit, inductam esse. postquam autem creata fuit, eam prudenter plerisque actibus, ita lex cooptauit vt sine ea actus illos consistere noluerit. quod ego diligētius in Miscellaneis sum executus.

Stipulatio,  
an sit pro-  
prie contra-  
ctus.

11 Sed an ¶ stipulatio sit pprie cōtractus videamus. Et cum contractum vltro citroq; obligationem esse Vlpia. dixerit: l. Labeo. §. contractum. ff. de verborum significatio. constat stipulationem, quæ alteram duntaxat partem obligat, proprie contractum non esse. Accur. in §. conventionales. de diuisio. stipula. in institu. Alij omnes sequuntur. nec de strictissima significatione verum esse negamus. sub cuius tamen autoritate, plerumq; perniciosè erratur. l. si seruum. §. sequitur. hoc titu.

Noua opi.

Nos de recepta & propria significatione, stipulationem contractum dici-

mus. Nam & eam iurisconsulti non semel contractum vocauerunt. l. non solum. ff. de actio. & obligatio. l. eandem. ff. de duob. reis. l. si donationes. C. quod metus cau. l. præposteri. C. de testamen. Idq; nominatim Iustinianus docuisse vltus est. Nam cum in §. fina. de obligatio. obligationes ex contractu, in quatuor species diduxisset, obligationem quæ ex stipulatione enascitur speciem vnam fecit. Et idem Iustinianus in §. j. de obligatio. quæ ex quasi contr. præposito stipulationum, aliorumq; contractuum tractatu. Post genera contractuum, inquit, enumerata, de his obligationibus quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur, dispiciamus.

Tenendum igitur, stipulationem contractum esse. Quinimo vt Cynus in lege si ex pretio. C. si certum petatur. prodidit, fortior est firmior & solidior contractus, qui in iure sit. ¶ Nam & inde stipulatio dicta est Iustinia. authore, quod apud veteres stipulum firmum diceretur, 12 forte ¶ à stipite, quod Græci *στέλεχος* vocant. Cuius rei veritatem attigi lib. j. Miscell. c. vlt.

Stipulatio  
est contra-  
ctus.

Et cum speciale nomen stipulatio habeat, eum contractum nominatum esse apparet. l. j. §. final. ff. de pactis. Barto. in l. in ædibus. §. j. ff. de donatio. Quo fit in quiunt Doctores, vt vix aut nunquam 14 ¶ reperiamus hodie contractus innominatos: Cum tabelliones in publicis instrumentis, stipulationem semper adi-ciant. Barto. in l. si vt proponis. in fin. C. de condic. ob caus.

Stipulatio  
vnde dicta.

Cōtractus  
innomina-  
ti vix ho-  
die reperiū-  
tur.

15 Ego ¶ verò facile concederē in contrariam sententiam, cum hæc tabellionum clausulæ, ex consuetudine, & quadam 16 veluti ¶ formula, magis quàm ex voluntate contrahentium scribantur. Barto. in l. j. colum. iij. ff. de iure codicil. nec debeat principalis dispositionis natura, ex accessorijs clausulis immutari. clementi. j. de præbend. Quod & ego in l. precibus. C. de impuber. plenius docui. Alias interpretum quæstiones ad hanc Rubricam de industria prætereo vt impertinentes, & quæ in alium locum congruentius conseruantur. Declaremus legem primam. Ioannes Corasius Tolosæ die xv. Aprilis 1541.

Noua opi.

Clausule  
notariorū.

## LEX STIPVLATIO.

- 1 Negatiua præposita uerbo potest.
- 2 Pupillus quomodo obligetur.
- 3 Veritas non querit fucum uerborum.
- 4 Interrogatio cur præcedat.
- 5 Formam non implet equipollens.
- 6 Electio uoce faciunda.
- 7 Enuclata l. his uerbis.
- 8 Intellecta l. cum de in rem uerso.
- 9 Fictio & præsumptio.
- 10 Patientia in iudicio.
- 11 Declarata l. cum ostendimus.
- 12 Expositus s. eleganter.
- 13 Mutus quæ facere possit.
- 14 Mutus contrahit nuptias.
- 15 Verba quomodo in matrimonio desiderentur.
- 16 Gabrielis Eugubij mira natum.
- 17 Infans an stipuletur.
- 18 Explicata l. seruum.
- 19 Fari quis dicatur.
- 20 Fasti & nefasti dies.
- 21 Absens contrahit.
- 22 Nuncius organum domini.
- 23 Statutum puniens loquentem.
- 24 Proscripti hostes reipublicæ.
- 25 Manlij Torquati impietas.
- 26 L. Domitij seueritas.
- 27 Præsens & absens quis.
- 28 Serui capacitas quando à domino regulatur.
- 29 Actio duplex ex stipulatione.
- 30 Declarata l. C. de rei uxor.
- 31 Seruus cur iubentem dominum obliget, non liberet.

## VLP IANVS.

*Stipulatio non potest confici, nisi utroq; loquente, & ideo neq; mutus, neq; surdus, neq; infans, stipulationem contrahere possunt. Nec absens quidem, quoniam exaudire se inuicem debent. Si quis igitur ex his uelit stipulari, per seruum præsentem stipuletur, & acquirat ei ex stipulatu actionem. Item si quis ex ijs obligari uelit, iubeat, & erit quod iussu obligatus.*



**S**TIPVLATIO) Nisi uterq; loquatur, uicissimq; alter alterum exaudiat, stipulatio haud quaquam ex Vlpian. sententia cõfici potest. quare neq; mutus, neq; infans, neq; absens, per se stipulationem contrahunt, quanquã per seruos stipulentur, actionemq; ex stipulatu quarunt. Quod si obligari desiderent iubeant, & quod ius

su obligabuntur.

**NON POTEST)** Eã ¶ esse uirtutem negatiuæ uerbo potest antepositæ, ut omnem excludat potentiã, aut quod uulgo dicimus præcisam inducat necessitatem. Doctores creberrimè docuerunt, cuius rei autor fuit primus Ioan. Andr. (aut q̄squis ille fuit qui in regulas sexti scholia edidit) in c. j. de regu. iur. in vj. Idq; ab omnibus ferè receptū est. quã obrem Panor. in c. j. de cau. poss. & proprietatis, per eum text. tenet, Summum Pontificem non posse ex absoluta etiam potestate, cõtra inauditam partem pronuntiare. & idem Doctor in c. j. per illū textum de fid. instru. docuit eundē Pontificem nullatenus posse facere, ut exemplo credatur.

Caterum hoc vulgare phantasma, nõ esse uerum, aliàs publicè defendimus. **2** Nam & Gaius Iuricon. pupillum ¶ ex contractu obligari non posse scripsit. l. obligari. ff. de auto. tuto. Cum tamen eũ naturaliter obligari uerum sit. l. si pupillus. ff. ad leg. falcid. l. j. ff. de nouatio. Alteri præterea quem stipulari non posse, legumlatores uoluerunt: cum tamen ex ea stipulatione, naturalem exoriri obligationem sit receptū. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ubi Accur. & ceteri hoc tit. Deniq; cum Gregorius ad Victorem episcopũ scribens dixit: latere te in vicino non potuit, quod ad nos de longinquo peruenit. c. quãto, de præsump. quis tam indoctus erit, qui ijs uerbis omnem potentiam negari asseueret.

Meras autem nenias decantat Ias. hos nodos dissoluere cupiens in l. Gallus Aquilius. col. iij. ff. de liber. & posthu. Adde ad huius uulgaris sententiæ confutationem tex. quem ante nos aliũ non annotasse demiramur, in l. pater. C. de pact. cõuen. Pater (inquit illic Imperator) qui nepotibus pactus est, dotem restitui, eis actionem querere non potuit, cũ tamen uilẽ actionem illis competere, in fi. dicat. qui text. uelut Achilles cõmunẽ Doctorum opinionem prosternit. quã etiam à Lud. Pont. improbatã fuisse inuenimus in l. stipulatio ista. §. alteri. alle. Et ab And. Alciat. viro nostri seculi doctissimo lib. Paradox. iij. c. iij. quem uel maximè uerba consilij Toletam mouet. Nõ potest erga homines esse fidelis, qui deo extiterit infidelis. c. nõ põt. ij. q. vj.

z iij Cũ

Negatiua  
præposita  
uerbo po-  
test.

Cõis sen-  
tentia im-  
probata.

Cum tamen Turcas, Barbaros, & Iudaeos, suis fidos esse possibile sit.

3 **VTROQUE LOQUENTE**) Quavis veritatis fides, verborum adminicula non desideret. l. j. C. si minor ab hære. se absteineat. Summa tamẽ ratione in verborum obligatione inductum est, vt nisi verba interueniant, non contrahatur, & ita vt stipulantis præcedat interrogatio, promittentis autem congrua responsio ilico subsequatur. l. obligamur. §. verbis. ff. de actio. & obliga. §. j. de verbor. obliga. in insti. alioquin si ordine præposito, promissio interrogationem præcederet, stipulatio vitaretur. l. j. C. de vsur. Accur. in l. iurifgentium. §. igitur nuda. ff. de pact.

Ordinis præpositio ratio vltimæ.

Cur in stipulatione interrogatio præcedere oporteat.

4 Ne autem hoc temere inductum putet, hanc fuisse rationem Doctores existimauerunt, vt lex de promittentis voluntate, certa esse posset. Nam qui interrogati promittunt, non iocandi animo, sed deliberatè promittere videntur. Bar. in l. serui electione. ff. de lega. j. qui verò vltro pollicentur, ostentationis causa magis quàm obligandi animo promittere creduntur, existimantes quibus promittunt non acceptaturos, quos ideo lex obligari noluit. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edict. l. obligationum substantia. §. si. ff. de actio. & obliga. c. literaturam. de vot. & vot. redemptio.

Hunc igitur modum lex amplexa est, quo certa fieret de promittentis voluntate, eumque modum stipulationi pro forma dedit, quam cum per æquipollens implere non sufficiat. l. qui per salutem. ff. de iureiurã. tametsi alio modo de promittentis voluntate constare possit, verbis tamen non obligabitur, quemadmodum si ex interuallo interrogatus respondeat. §. qui præsens istius l. Nemo tamẽ negauerit, quæ ex interuallo & meditatè proferuntur, magis deliberatè promitti, & vti sepius cogitata firmiora esse. l. si qua mulier. C. ad Velleia. l. iij. C. de repud. Et si præsens præsentem per epistolam interroget, interrogatusque literis respondeat, non tamen contrahetur stipulatio, vt Aret. Socy. alijque recentiores & merito responderunt, per l. Titius. vbi Accur. & Bar. ff. de cõst. pe. quanquam alias vbi pro forma verba non requiruntur, non minus valeat quod scripturæ, quàm quod vocibus linguæ figuratis si-

Forma nõ impletur per æquipollens.

Scriptura non minus quæ verba.

gnificaretur. l. non figura. ff. de actio. & obligat. l. apud Labeonem. §. conuicti. ff. de iniur. contrahentibus quippè impunitandum est, qui cum præsentem verã stipulationem possent contrahere, ad incerta decurrerunt. l. quia ratio. ff. de condi. & demõ. l. tractabatur. ff. de testa. milit. id quod etiam in prælati electione, canonum interpretes prodiderunt, quæ cum viuæ vocis actum pro forma requiratur, in scriptis fieri non potest, Ioan. Andre. in c. si quis iusto. de electio. in vj.

6 Sunt ergo de stipulationis substantiæ verba necessaria, quod in stipulatione vera obtinet, at in ea quæ fingit secus. Cuius quinque exempla Bartol. hoc loco retulit. Primumque ex Vlpian. desumpsit in l. his verbis. ff. de adopt. qui enim pupillum arrogat, si præsertim liberòs habeat, aut pupillo pauperior sit, cauere debet seruo publico se restitutum, ea quæ ex bonis eius consecutus fuerit illis ad quos res esset peruentura, si arrogatus in suo statu permansisset. quæ satisfactio si fortè fortuna omiffa fuerit, nihilominus tamen in arrogatorem, utilis actio dabitur ex stipulatu, quæ secundum Bart. ex conficta à lege stipulatione exoritur. Idque omnes probant.

Electio prælati nõ fit scripto.

Fictæ stipulationis exempla.

Noua opinio.

Mihi tamen quandoque improbare placuit. Nam si Vlpia. quemadmodum omnes putant eo loco stipulationem effinxisset, non utilis sed directa ex stipulatu actio daretur, perinde atque si verè adiecta fuisset stipulatio. l. vni. in princ. C. de re. vxõ. actio. & quia per manus traditum est, idem fictionem in casu ficto operari, quod veritatem in casu vero. l. si filiusfamilias. ff. de reb. cred. l. lex Cornelia. ff. de vulga.

Fictio idem in casu ficto quod veritas in vero.

7 Itaque aliud fuisse Vlpian. sensum docebamur, vt non fingatur stipulatio, quæ cum fideiussoria satisfactio lex requirit. quæ verè interuenit. satisfactio autem omiffa fuerit. Proinde actio ex stipulatu utilis cõpetat. neque te moueat, quod ex stipulatione quæ verè interuenit directa actio oriatur. nam hoc ita recipimus, nisi absentis quis stipularetur, cui utilis duntaxat actionem quarere potest. l. Caius. ff. solu. matrimo. l. pactum. & l. pater. C. de pact. conuent. Accur. in §. si vero aliquis de satisfactio. in Vlpian. autem responso seruus publicus erat, seu Tabellio, qui cõsanguineorum pupilli nomine stipulabatur

No. intellect. ad l. his verbis.

Dotis fauor.

Intellect. l. cum de in rem verso.

Noua opi. 9

Patiencia sim plex in iudicio.

Declaratus §. si. l. cum ostendim?



labatur, quibus directam quærere non potest, sed vtilem absq̄ tamen celsione. Barto. in l. ij. ff. rem pupil. fal. for. & in l. nec ei. §. eorum. ff. de adoptio.

Rursus fingit lex dotis favore stipulationem: rei nanq̄ vxoria actione sublata, sanxit Imperator, per ex stipulatu actionem, omnes dotes exigi, siue scripta fuerit stipulatio, siue non, vt intelligatur re ipsa stipulatio esse subsecuta. l. vnica. §. j. C. de rei vxor. actione.

Ex cursu t̄ itē temporis, diuturna prestatione cōcurrente, fingitur stipulatio, vt Bar. & reliqui tradiderunt per l. cum de in rem verso. ff. de vsur. vbi ex mutuo facto filiofamilias vel seruo, Antoninus Imperator idcirco soluendas vsuras iudicauit, quod eas dominus vel pater, lōgo tempore præstitisset. Igitur effectam fuisse stipulationē fateri cogimur. Quandoquidem nuda pactio, in contractibus stricti iuris vsuræ non debeantur. l. j. & l. quamuis. C. de vsu.

Ego t̄ verò in ea lege non fingi stipulationem, sed præsumi per diuturnam prestationem, verius crediderim. nam si ficta esset, & si constaret illam adiectam non fuisse, pro adiecta tamen haberetur. l. ij. §. sciendum. ff. si cui plus quam per legem fal. At contra præsumptam, probatio admittitur. Accur. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. quod & in specie l. cum de in rem verso. vt contraria probatio iuuat, docuerunt Cy. Bal. Castrens. & ceteri in l. si certis annis. C. de pact. Bal. in l. ij. in fi. C. de do. promis.

Deinde inquit Barto. t̄ patientia simplex in iudicio, sine expressione vocis, vim habet stipulationis. l. cum ostendimus. §. si. ff. de fideiuf. tuto. Quod Imola Aret. Alexan. Socy. & recentiores neq̄ iniuria negant, neq̄ adeo extollere volunt iudicij authoritatem, vt stipulationem non factam effingans. l. omnes. §. in hac. C. de episc. & cleri. l. siue apud acta. vbi Roman. & posteriores. C. de trans. actionibus.

Quod autem Iurisconsultus t̄ in eo. §. fin. dicit fideiussores à tutoribus nominatos, qui præsentem non contradixerunt, & nomina sua referre in acta publica passi sunt, perinde teneri, atq̄ si iure legitimo stipulatio interposita fuisset, favore pupilli obtinet, vt tam hic quàm ibi scribentes declarauerunt. quemadmodum

in re publica dicimus, in qua speciale est vt pater qui præsens nominationi filij, ad decurionatum, non contradixit, quasi fideiussor pro filio sit obstrictus. l. ij. ff. ad municipal. Idemq̄ libertatis favore Hermogenes respondit manumissionē domino tacente expediri posse, & solere. verbaq̄ solennia licet non dicantur, vt dicta tamen accipi. l. manumissio per lictores. ff. de manumif. vindict.

12 Postremò t̄ ex cōtumacia Bart. & ceteri tradiderunt, effingi stipulationem. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. sed cum illic iurisconsultus, vtilem actionē daturum prætorem polliceatur: non fingi stipulationē existimauerim. Nam ex ficta stipulatione, non utilis sed directa, quemadmodum ex vera oritur, vt fictio tantum operetur quantū veritas, quod paulo ante docuimus. De vtili ergo in factum actione, non ex stipulatu, illum §. eleganter loqui verius est, vt eo loco Accurs. annotauit.

13 NEQVE mutus.) Qui t̄ naturaliter mutus est: cum is etiam ex solito surdus sit: l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudic. vnde qd sententię intellectus ve habeat, exprimere non possit, infanti & furioso æquiparatur. l. si. ff. de verbo. signi. Ideo nihil agit. Qui verò simpliciter mutus est, cum quid agatur intelligat, omnes actus facere potest. Proinde procuratores constituit. l. mutus. ff. de procurato. paciscitur. l. item quia. ff. de pact. manumittit. l. j. ff. qui & à quib. ma. lib. non fi. Donat. l. qui id quod. §. mutus. ff. de dona. Testatur. l. discretis. C. qui testa. face. pos. nuptias contrahit. l. mutus. ff. de iure dot. l. ex facto. ff. de vulg. c. cum apud sedem. de sponsa. monasterium ingreditur. Panor. & ceteri in d. c. cum apud. hęreditatem adit. l. mutum. ff. de acquiren. hęred. Bonorum possessionem delatam agnoscit. l. si. ff. de bono. posses. infant. furios. delat. Solam stipulationem, cum in ea verborum expressio pro forma necessaria sit, contrahere prohibetur, vt hic & l. j. §. si. ff. de actio. & oblig. §. mutum. de inuti. stipu.

14 Sed cur t̄ matrimoniū, (in quo verba etiam necessaria sunt, que sensum declarant. c. tuæ. de spons.) contrahit? Tu dic consensum solum matrimonium facere. l. nuptias. ff. de reg. iur. c. cum locum. & c. tua nos. de sponsal. quanquam verba, z iij aliasq̄

Expositus  
§. eleganter.

Mutus qd  
facere potest.

Mutus. cur  
nuptias cō-  
trahat.

Dotis fa-  
uor.

Intellect. l.  
cum de in  
rem verso.

Nota opi. 9

Patientia sim-  
plex in iudi-  
cio.

Declaratus  
§. si. l. cum  
ostendim?

aliasq̄ permultas solennitates, ecclesia desideret. c. aliter. & c. nostrates. xxx. q. v. c. sufficiat. vbi glo. xxvij. q. ij. in ijs tamen qui loqui possunt, non etiam in alijs. Accur. in l. cum notissimi. C. de pre. xxx. vel xl. annor. Lap. alleg. lvij.

Surdi quida ad motu labioru intelligentes.

16 NEQVE SVRDVS) Etia t̄ vt Doctores aiunt, si talis esset, qui ad solū motum labiorum, loquentes intelligeret. quēadmodū Lellium Gabrielē Eugubium fuisse, testis est Bart. ille nāq̄ quatenus eius visus protendebatur, homines quantumcūq̄ secretē loquentes, ad motum labiorum intelligebat. Cuius modi aliū etiam Sænis fuisse, & vidisse, Imol. hic refert. Hoc autem Ludo. Pōt. improbat. siquidem omnis sermo, verborum obligationem contineat, modo uterq̄ alterius linguam intelligat. siue per se, siue per verum interpretem, vt eadē l. §. fina. Vlpia. constituit.

Ratio Roma. improbata.

Sed non aduertit Roma. interpres alioquin viuacissimus Iuriscōsultum, in huius l. exordio velle, alter alterius vocem exaudire debere, vt verborum obligatio cōtrahatur. quod in surdo nequaquam dici potest. Is enim quanquā tam prudens sit, vt ad labiorum motum loquentium sermonem, vsu quodam (qui falli potest) percipiat, non tamen aliterius loquelam audit, quo faciliē ad §. vlt. patet responsum.

Declarata l. seruum.

17 NEQVE INFANS) t̄ Quoniā dari non potest. l. mulier. hoc titul. Obstat Gaij Iuriconsulti constitutio, dicentis propter vtilitatem receptum esse, vt infans, & stipuletur, & agat. l. seruum. ff. rē pup. saluam fore, sed t̄ hoc regulare, illud verò in stipulatione rem pupilli saluam fore speciale esse Accur. Barto. & reliqui crebro tradiderunt. Singularitatis rationem dari posse negat Alexāder, eam tamen Ias. prodidit. quod magis infanti in propria substantia conseruanda, quā in aliena quærenda faueatur. l. si in emptionem. ff. de minorib. l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto.

Ias. ratio.

No. dissolutio.

Ego verò hunc nodum secus dissoluedum esse existimarem, vt l. seruum non in infante sed infantia proximo (qui septem annos impleuit octauum circiter annum agens. l. si infanti. in fi. C. de iur. delib.) loquatur. In quo propter vtilitatem benignior interpretatio facta est, vt probat rex. qui vt arbitror à Iustinia

no ad declarationem verborum Gaij æditus est in §. pupillus. de inutil. stipu. in institutio. Ad hanc nostram dissolutionē audi Theophilum in d. §. pupillus. pupillorū (ait.) alij sunt infantes, veluti qui adhuc lactant, aut ijs paulo maiores, qui stipulari nequeunt, quod ne loqui quidem possint. Alij dicuntur proximi infantia vt qui rectē loqui incipiunt, quales sunt qui septimum aut octauum annum agunt, qui itidem stricta ratioe non stipulantur, tametsi enim verba proferāt non tamen diiudicare valent, quid sibi velint, ea quę dicuntur benigniore tamē interpretatione placuit, vt rectē stipularetur proximi pubertati sunt, qui ad pubertatem accedunt, & hi vtiliter stipulantur. Iuuat coniecturam nostram quod Gaius de eo qui dari potest loquatur, qui autem intra infantia cancellos constitutus est, dari non potest. l. j. §. j. ff. de adm. tuto. l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad trebel. l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideic. liberta.

19 Est autem dari vt t̄ obiter admoneā, idem quod dicere, & loqui. Hinc Prætorum fasti dies dicti, quibus ius dicebatur, tria q̄ verba, sine piaculo Prætoribus dari licebat. S. do. dico, & addico. Nefasti autem dies dicebantur, quibus dari, hoc est ius dicere, nō licebat. Idēq̄ Ouid. significare voluit, cum dixit.

Fari quid.

Fasti dies.

Nefasti dies.

Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur.

Fastus erit per quem lege licebit agi.

Proinde idem Ouid. libros Festorum appellauit, in quibus totius anni res Romani populi (vt Festus ait.) scriptæ cōtinebantur, & festiuitatum causæ explicabantur, de quibus idem Ouid.

Sacra recognosces, Annalibus eruta priscais,

Et quo sit merito, quæq̄; notata dies.

Inuenies illic, & festa domestica nobis,

Sapē tibi pater est, sæpe legendus auus.

20 Neq̄ t̄ dixeris l. seruum. idcirco de infante intelligendam esse, quod de eo loquatur, qui eius ætatis est vt non intelligat quid agat. Nā neq̄ pupillus, qui tamen infante longe est prouectior, aliquid posse aut scire intelligitur. l. fina. ff. de iur. & fact. igno. l. j. §. impuberes. C. de fal. monet.

Absens an contrahat.

21 NEC ABSENS) Oēs t̄ contractus, qui vel maximē consensu perficiuntur, inter absentes per nuncium aut epistolā contrahuntur. l. consensu. ff. de actio. & oblig.

Nuntius pica & organum dñi.

Stipulari an per nuntium possimus.

Statutu loquentē pūniēs an scribentē comprehendat.

oblig. l. j. §. fina. ff. de contra. empt. Ideo sponsalia & nuptia inter absentes expediuntur. l. sufficit. ff. de sponsa. l. deniq. ff. de rit. nupt. Inutilis est sola inter absentes concepta verborum obligatio, ut hic, & §. item verborum de inutil. stipu. in instit. quāquam iam facta, per epistolam probari possit. l. ea quæ. ff. de dona. inter virum & vxor. fac. l. publia. §. fin. ff. depositi.

22 Sanè † neq. per nunciū cōfici potest, ut omnes docent, quamuis & id prima fronte non sit indubitatum, cum nūtius sit, velut pica, & organum Domini Accur. in l. & licet. ff. de const. pecu. & in l. multum. C. si quis alt. vel sibi. Idcirco Dominus verè facere dicatur, quod per nūtiū facit. l. si quis hac lege. §. j. ff. qui & à quib. Sicuti verè pulsat, qui median te instrumento pulsat non instrumentū. Imol. in l. & per iusiurandum. §. tutor. ff. de acceptilat.

Sed sine scrupulo teneas, quòd neque per nuntium, directo nobis stipulari possumus. tum quod inter absentes inutilis sit verborum obligatio. tum quòd per liberam personam, quæ iuri nostro subiecta non est, neq. bona fide nobis seruit obligationem nullam nobis querere possumus. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. hoc tit. quacuncq. etenim gerimus, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant inanem nostrum actum efficiunt. l. quacuncq. ff. de actio. & obliga. per obliquum tamē nuntius vtiliter absenti stipulatur. Cum verba obligatiua, in stipulantis personam conferuntur, nomine tamen absentis, verbi causa, in eo qui sibi stipulatur, dari vel fieri, nomine tamen domini absentis. Accur. in l. huiusmodi. in prin. ff. de lega. j. & in §. alteri de inutil. stip. quod in procuratore, negotiorum gestore, & similibus obtinet. alijs autem neq. eo pacto stipulari concessum est. Barto. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. col. ij. hoc tit. & verius videtur cum vtriusq. sermonem vlpia. hic desideret: per nuntium autem & epistolam, quis propriè non loquitur. l. miles ad forem. ff. de legat. ij.

23 Idcirco † Bald. & alij permulti tradiderunt legem municipij, quæ cum proscriptis ( quos vulgo bānitos vocam. ) loquentem punit, admittentes nūtiū, vel epistolam, non extendi, & idem Bal.

in l. j. ff. de legib. quemadmodum neque Doctores, qui postulare prohibentur, in scriptis consulere vetiti minimè intelliguntur. Barto. in l. Paulus. §. vlti. per illum text. ff. de legatio. & qui per nuntium facit, non punitur, atq. si fecerit. l. quod sapè. §. si quis amico. ff. de contrahend. emptio.

Ceterum Lud. Pont. scribentes, aut etiam nuntium mittentes, sub lege municipalis comprehendit, contra Bald. & sequaces arbitratus est, & nos verius putamus. † Nam ideo cum proscriptis ex omnium sententiā vetatur colloquium, ne aduersus rempublicam, ( cuius hostes sunt perpetui. l. iij. §. fina. ff. ad legem Corne. de sicca. ) tractatus, proditioes, & coniurationes fiant. tunc autem quis inficiabitur, statuti mentem esse, ne ad illos etiam nuntij, aut epistolæ mittantur. per quæ ut plurimum, proditioes fieri solent.

Sed & sententiam nostram non parū iuuerit, quòd lex quæ ut futuris criminibus obuiam eat, colloquium prohibet: scribere etiam, per alium uè non nihil mā dare, prohibitus censetur. Ideo clericus qui cū Moniali loqui vetatur, neq. nuntium, neq. epistolam, mittere potest. c. clericus. lxxxj. dist. & prohibitus loqui cum Cardinalibus existentibus in conclauis, censetur quoq. prohibitus, scribere literas. c. vbi periculum. §. nulli. de elect. in vj. Planè eum qui non mala mente, sed causa aliqua iustissima, ad proscriptos scriberet, seu nuntium mitteret, pœna sequi non debet, autohr est Soci. cui nemo repugnat, per l. cum autem. §. capitalem. ff. de ædil. edict. & l. postliminiū. §. transfuga. ff. de capti. Idq. æquissimum videtur, cum ex voluntate delicta metiamur.

Exercendi tamen ingenij gratia, quādoq. aduersus omnes contrarium defendi, considerans statutum verbis delictū exprimentibus non vti: sed tantum merum, & nudum factum punire. Illud ergo tantum inquirendum est, an factum sit, non quomodo. l. cum seruus. hoc tit. Nam & hæc lex est principis, cui qui nō obediit, morte dignus est. j. Reg. xij. c. ij. de maio. & obediit. Idcirco Herennius Modest. eū qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata nō seruauit, etiam si felix fuerit successus, capite

Opinio  
Roma.

Clericus  
vetatur lo  
qui cū mo  
niali.

No. opi.  
nio.

Nuntius pi  
ca & orga  
num dñi.

Stipulari  
an per nun  
tium possi  
mus.

Statuti lo  
quentē pu  
niēs an scri  
bentē com  
prehēdat.

Torquat' filium obtruncat.

25 pite puniri voluit. l. desertorem. §. in bello. ff. de re milita. † Et laudatur à nonnullis Titus Manlius Torquatus, qui cùm consul esset, filium ab eo speculatum hostes missum, ea lege ne pugnaret, securi percussit: quod hostem à quo tamen prouocatus erat occidisset. Et Lucius

L. Domitius pacto rem crucifixit.

26 Domitius † Prator, cùm Siciliam regeret, & ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, edixisset ne quis telum haberet, pastor venabulo aprum eximia magnitudinis confodit. aperç ad Pratorem allatus est, qui statim adduci ad se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit. eundemq; veritate cognita crucifixit. non propter confossum aprum, sed quia mandatis minimè obediens fuisset. nempe qui telum habuisset.

Præfens & absens qs.

EXAUDIRE) Quamquam ergo absentes sint, modo vicissim se audiant, vt quis super turrim quisq; † loquatur, efficax erit stipulatio. Accur. in §. ite verborum. de inutil. stip. per l. j. §. eodem autem tecto. ff. ad Syllaniam. quod ego approbo, cùm magis præfens, quàm absens dici debeat, qui acclamantis vocem exaudire potest. Accur. in §. j. de fidei iusso. col. j. & in l. præfens. ff. de procura. Bar. in l. si tertius. in prin. ff. de aqua plu. arc. Glo. in c. testes. iij. q. ix. Bal. in l. j. C. de error. aduocat.

Serui capaxitas an reguletur à capacitate domini.

28 (PER seruum) Sed † quomodo seruus stipulari poterit. cùm dominus non possit, & eius duntaxat iuris seruus capax sit, cuius dominus. l. non minus. ff. de hered. instit. l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de lega. j. Proinde qui suo nomine nihil vsucapere potest, neq; per seruum posse Ped. scripserit. l. Labeo. ff. de vsucapion.

Solut. licet dominus fari aliqua infelicitate, quia mutus, surdus, infans, aut absens, stipulationis sit incapax. Est tamen capax effectus, hoc est acquisitionis. l. Antistius. §. si. ff. de acquirend. hered. Vel dic incapacitatem serui, à domino regulari, cum ratione delicti, dominus est incapax, non si ratione intelligentiæ. l. si deportati seruo. ff. de lega. iij. Bar. in d. l. Labeo. qua de re tamen videndi sunt recentiores in l. j. C. de here. instit. Non est ergo nouum, vt quod quis ex sua persona capere non potest, alterius medio habeat. l. Aristo. ff. quæ res pign. oblig. pos. l. si communem. ff. quem. ser. amitta. l.

si is qui duos. ff. de liberat. lega. ad quæ videnda sunt quæ profusè cõgessit Barbat. in c. dilectus. col. penul. & si. de offi. legat. Felinus in c. j. col. iij. de prescript. Ias. in l. si emancipati. col. iij. C. de collatio.

29 (EX † STIPVLATV) Duplex actio ex stipulatione proficisci potest, certi conditio generalis, si quis certum stipulatus fuerit. si verò incertum, ex stipulatu. l. si quis certum. ff. de reb. cred. l. si stipulatus. ff. de vsur. §. j. de verb. oblig. in instit. quod si eadem stipulatio, certum & incertum contineat: vt in l. liber homo. §. fina. hoc titu. certi conditio ad certum, ex stipulatu verò ad incertum, competet. Barto. in l. lecta. col. vlti. ff. de reb. credit. Castren. & recentiores in d. l. si quis certum. per l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. & l. quæ de tota. ff. de rei vendica.

Actio duplex ex stipulatione proficiscitur.

Sed non videntur sibi constare Iuris, consulti, & Imperatores. quippè qui non semel ex stipulatu actionem ad certum dare prodiderint. l. si quis in graui. §. si ex stipulatu seruus. ff. ad Syllaniam. l. iij. §. si quis rem. ff. de legat. iij. l. j. §. fina. ff. de stipula. seruo. l. si pacto quo poenam. C. de pact. Omnes præterea dotes, quæ vix aut nunquam incertæ sunt: actione ex stipulatu exiguntur. l. vni. §. j. C. de re. vx. act. Hoc vltimum fauore dotis speciale esse Accur. & alij docent, vt & alia pleraque propter dotem remissa sunt. l. fina. C. ad Velleia. l. in rebus. C. de iur. dot. Est siquidem dotis causa semper & vbiq; præcipua. l. j. ff. sol. mat.

Fortis dicitur scilicet.

Noua ratio.

30 Nos à regula † non recedimus, sed certum per conditionem certi incertum verò per actionem ex stipulatu, semper peti existimamus. quòd autem ex stipulatu nonnunquam ad certum agi leges dicunt non actionis nomen, sed proprium factum actus, hoc est contractum ipsum, notare volunt, vt cùm alibi Iul. Paul. ad exhibendum eum cogi dicit, qui se exhibiturum quempiam apud acta promissit. non enim actionem ad exhibendum intelligit, sed exprimit factum. l. eum pro quo. vbi Accur. ff. de in ius voc. Ideo in d. l. j. C. de rei vx. quæ nihil aliud agit, quam vt non interposita stipulatio in dotibus effingatur, si dos certa fuerit, certi conditione: si verò incerta, ex stipulatu agendum erit.

Vera declaratio ad l. vnic. C. de rei vx. actio.

Quod

Fortis dicitur scilicet. 31 q m b p g d o r a P ac ta ef cu li tu g an p ra m si C cu ec q ce xi 1 Ser 2 Mo 3 Co 4 Pr 5 Te 6 Pr 7 Ac 8 Int 9 Te 10 No 11 Sil 12 Lo 13 Ex 14 Si 15 Op 16 C 17 In

Fortis dicitur  
scultas.

31 QVOD iussu ꝑ obligatus) Mirū est, quōd cūm ad liberationem faciliores simus. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. iuribentem dominum seruus non liberet. l. penulti. ff. de acceptilat. & tamen obliget, vt hic huius rei se nescire rationē ingenuē fatetur Barto. in l. & per iusturandum. §. tutor. ff. de acceptil. adijciens nō omnium quæ à maioribus sunt constituta, ( vt Iulianus ait, ) rationem reddi posse.

Noua ratio.

Ego alias rationem esse dicebā, quia acceptilatio hoc præcipuum habet, vt is tantum acceptum roget, qui obligatus est, non etiam alius. Idcirco neq; per procuratorem dominos, neq; per patrem filios, neq; per dominum seruos, neq; per tutorem, aut curatorem pupillos, prodigos, furiososūe, liberari posse constat. l. an inutilis. §. fina. & d. §. tutor. ff. de acceptilat. Nūc periculosa mihi videtur hæc ratio. propterea quōd procurator, cum mandato speciali dominum liberare possit. l. per procuratorem. ff. de acceptilat. Cur ergo non idem in seruo dicemus, cūm quo contrahens, quodammodo cū eo qui iubet contrahere videtur. l. j. ff. quod iussu. Amplius itaq; deliberādum censeo. Ioannes Corasius Tholosæ die xix. Aprilis. 1541.

§. QVI PRÆSENS.

- 1 Sensus huius §.
- 2 Mox dictionis natura.
- 3 Contestatio.
- 4 Probatio debet concludere.
- 5 Testis dictum adiuuandum.
- 6 Probatio ambigua quandoq; releuat.
- 7 Actus extraneus.
- 8 Interuallum longum & modicum.
- 9 Testamentum uno contextu.
- 10 No. opinio.
- 11 Silentium longum.
- 12 Longum interuallum an uitiet stipulationem.
- 13 Explanat; l. si ex duobus.
- 14 Simultaneus consensus in contractibus.
- 15 Opinio communis probata.
- 16 Caupo uiatores non reijcit.
- 17 Impletio causæ sufficit.

Qui præsens interrogauit, si antequam responderetur sibi, mox discessit, inutilem efficit stipulationem. Si uero præsens interrogauit, & antequam responderetur,

discessit, & reuerso responsum est, obligat. Interuallum enim medi; temporis modicum, non uitiauit obligationem.



VI ꝑ PRÆSENS) Flaccus ita Ciceronem interrogauit, centum mihi dare spondes, cui cūm Cicero præsentis non responderet, discessit Flaccus, & quāuis eo absente interrogatus responderit, illius tamen abscessu, inutilem effici stipulationem tradit Vlpian. si tamen non reuertatur. nā si statim reuertetur, illiq; reuerso responderet Cicero, spōdeo obligaretur verbis. neq; enim medi; temporis modicum interuallum, obligationē uitiat, & hic est verus huius literæ sensus, secundum Castren. & Aretin. quāuis Barto. & alij alios accomodent, qui tametsi veri sint, Vlpian. tamē verbis nō congruunt.

Speci. sfa. etc.

2 (MOX discessit) Aduerbiū ꝑ mox, idem quod statim significat Accur. in l. momentaria. C. vnde vi. & in §. j. de incest. nup. col. iij. Glo. in c. quia propter. in prin. de electio. Barto. in l. fructus. in fi. ff. solut. matrimo. Interdum tamē, postea ponit. l. si arrogator. ff. de adopt. Accur. in l. si pupilli. §. idem ait. ff. de nego. gest. & in l. j. vbi scriben. ff. de reb. cred. & ita apud latinos authores frequentius sumi solet, quod secundum cuiusq; rei naturam, vel plus, vel minus temporis recipit.

Mox.

(INUTILEM efficit stipulationem) Responso ergo facta absenti, stipulationem uitiat, quamuis in interrogatiōe vterq; præsens esset, vt hic tex. probat, secundum verū Castren. intellectum quē nos secuti sumus. quo Butrig. & Bald. sententia confirmatur, qui in l. j. col. ij. C. de litis contest. docuerunt, responso nem quam reus facit oblato libello, absenti actori contestationem litis non inducere: per l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. Et ꝑ quia contestatio dicitur, quasi simultanea testatio: quæ altero absente dici nō potest. Hinc etiam Accur. sententia roboratur, qui eos testes, qui interrogationem præcessisse, responso nemq; subsequatam fuisse duntaxat depouunt, non probare stipulationem prodidit, in l. iurisgentium. §. quod ferē. & in l. si vnus ex argentarijs. §. pactus ne peteret

Absenti in utiliter responderetur.

Contestatio cur sic dicta.



ret. ff. de pact. quem frequentior Docto-  
rum turba sequitur, per l. j. C. de vsur. &  
quia ex testium verbis non planè con-  
stat, an incontinenti, & inter presentes  
4 interrogatus † responderit, non cōclu-  
dens autem probatio non sufficiat. l. nō  
hoc. C. vnde cogn. l. multis. C. de lib.  
caus. c. in presentia. de probat.

Accur. &  
aliorū opi-  
nio impro-  
bata.

Verum non facillè ego hāc Accur. &  
aliorum opinionem probarē, quinimo  
crederem præscriptis testium verbis, o-  
mnia videri solenniter acta. §. fina. de fi-  
dei iusso. §. si scriptum. de inutil. stipul. in  
5 instit. † Neq; enim dicta testium calu-  
mniari, sed potius adiuuari, & secundum  
naturam actus interpretari oportet. Ac-  
cur. in l. stipulatio ista. §. hęc quoq; hoc  
tit. Bald. in l. de quibus in fi. ff. de legib.  
& in c. causamq; de rescrip. Proinde in-  
terrogationem & responsionem, parti-  
bus presentibus, & incontinenti factam  
fuisse, ex dicto testium interpretandum  
est. Accur. & Barto. in l. j. C. de contra-  
hend. & committ. stipula. Nec est dissi-  
mille quod Bald. & Imol. in l. quotiēs. §.  
si ita scripserit. ff. de hæred. insti. docue-  
runt. quod si testes deponant Ioannem  
contra Antonium insultum fecisse, &  
postea vulnerasse, intelligemus non ex  
interuallo, sed incontinenti post insultū  
vulnus secutum esse. Adde quod Dyn.  
Bartol. & alij crebro prodiderunt in l.  
fructus. ff. solut. matrimo. dictum testis,  
deponentis testatorem Titium instituis-  
se, postea Sempronium, intelligi incontin-  
tenti.

Postea ver-  
bū à testi-  
bus prola-  
tum.

Ambigua  
probatio  
quādo re-  
leuet.

6 Quod autem † diximus, ambiguum  
probationem non releuare obtinet, nisi  
à solitis concluderet. Accur. & Bald. in  
l. neq; natales. C. de probat. & in l. cum  
dotem. C. de iur. dot. Alexand. in l. non  
hoc. C. vnde cog. communiter autem vi-  
demus, interrogatos statim & presente  
interrogante respondere.

Actus ex-  
traneus aut  
contrarius  
obligatio-  
ni.

7 RESPONSVM est) Hinc patet, dis-  
cessum post interrogationem, non esse  
actum extraneum, aut contrarium obli-  
gationi. Idcirco non vitari stipulationē,  
modo incontinenti reuerso respondeat-  
ur. Quamobrem Accur. nimium gene-  
raliter locutū reuincit Ias. cum in l. duos.  
§. fin. ff. de duo. reis. pro regula tradidit,  
omnem actum præter obligationē, ob-  
ligationi esse contrarium. Planè illum a-  
ctum extraneum Rapha. Cuma. & me-

rito appellauit, per quem verisimiliter,  
contrahentium mens à stipulatione ab-  
alienatur: quòd modica temporis inter-  
capedine, non fieri ex verbis Panormit.  
in c. cum causam. ij. not. de elect. edo-  
cemur.

8 (MODICVM) Quomodo hoc inter-  
uallum accipiendum sit quòdq; longū,  
aut modicum dici debeat, Doctores iu-  
pramodum se diuexant. adeo vt Franc.  
Aret. omnium qui scripserunt ingenio-  
sissimus, ter sententiam mutare sit coa-  
ctus. verum Barto. sententia tandem ob-  
tinuit, qui vnus diei interuallum, longū  
esse credidit, per l. continuus. hoc tit. &  
l. si ex duobus. ff. de duob. reis. Idq; eo  
protractum est, vt si me in aurora an cen-  
tum spondeam interpellas, ego verò ve-  
speri me spondere respondeam. contra-  
cta sit stipulatio: modo ad actus extra-  
neos, aut obligationi contrarios, non sit  
diuersum.

Longum  
aut modi-  
cum inter-  
uallum  
quod dica-  
tur.

9 Sed cum vno † contextu absolui de-  
beat stipulatio, quemadmodum testantē  
tum. l. hæredes palam. §. si. ff. de testa. qui  
terminus, non die, sed hora clauditur. l.  
si quis eum. §. si suo. ff. de vulga. & cū ex  
interuallo id actum esse Vlpia. respon-  
deat, quod interposito tempore factum  
sit. l. quotiēs. ff. solut. matrimo. Barto. &  
aliorum opinionem non esse verā. And.  
Alciat. libr. parado. j. c. iij. elegantissimè  
contendit, in contrarium à Doctoribus  
producta, doctè refellens. quem & illud  
non parum iuuerit, quod stipulantis, &  
promittentis, continuum actum esse de-  
bere, Venuleius constituerit in d. l. con-  
tinuus. continuo autem id agi, quod in-  
terpositis permultis temporum momen-  
tis sit, quis defendet.

Vno con-  
textu quid  
fiat.

10 Ego id totum, ad iudicis cognitionem  
remitterem, qui pro rei promissæ, perso-  
narum, verborumq; qualitate, quod sit  
magnum, modicumue interuallum, arbi-  
trabitur. l. si ita quis. §. Seia cauit. hoc tit.  
l. j. ff. de iur. delib. Accur. in l. iij. §. eman-  
sor. ff. de re milita. Barto. in l. iij. §. cū igi-  
tur. ff. de vi & vi armat. Gloss. in cle. j. de  
reb. eccle. nō alien. † Fel. in c. plerunq;  
de rescript. longum autem silentiū Ac-  
cur. triennium interpretatus est in l. ij. §.  
fina. ff. ne de sta. defuncto.

Noua opi-  
nio.

(VITIAVIT obligationem) siue à  
cessante ratione, siue à contrario, fortissi-  
mum vtrumq; sumamus argumentum.

Hinc

Silentium  
longum.

Longū in-  
teruallum  
an vitiet sti-  
pulationē.

Cōis opi-  
nio proba-  
ta.

Restituta  
in integrū  
l. si ex duo-  
bus.

Interuallū  
longum in  
contracti-  
bus an vi-  
tiet cōtra-  
ctum.

Matrimo-  
niū an per  
responsum  
ex interual-  
lo vitietur.

Longū in-  
teruallum  
an vitiet sti-  
pulationē.

hinc probari vides, longum duntaxat in-  
teruallum, sine ꝑ alio actu, stipulationē  
vitiare. quod à Bar. & cæteris receptum  
est, communiter per d. l. continuus. & l.  
duos reos. §. fina. ff. de duo. reis. sed Ac-  
cur. & Castren. contrarium defendunt,  
ex Venuleij responso in d. l. si ex duob?  
quod non in longo interuallo, sed in eo  
quod alter ex contrahentibus, ad alia dis-  
cessisset negotia, vim facit. Itaqꝑ putant,  
quamuis post interrogationem, sit lōga  
ante responsonem temporis intercape-  
do, vnus puta diei, si tamē ad extraneos  
actus non diuertatur, stipulationē haud-  
quaquam infirmari.

Cōis opti-  
nio proba-  
ta.

13 Ego communi ꝑ sententia hereo, ne-  
que me mouet l. si ex duobus, quæ nisi  
principium textus calumniatur, solo lon-  
go interuallo duorum reorum, constitu-  
tionem inutilē fieri censet. Et quod pau-  
lo post Iurisconsultus de discessu ad alia  
negotia subiecit, non est eius legis ratio,  
cū ad nullam propositam facti speciē  
se referat. neqꝑ quis sit, qui ad alia nego-  
tia discesserit, vel stipulator, vel promif-  
sor declaret, sed ijs verbis ( vt opinor  
ipse: ) nos Venule, admonet, fieri non  
posse, vt in longo temporis interuallo,  
alter contrahentium ad alia negotia non  
diuertat.

Restituta  
in integrū  
l. si ex duo-  
bus.

Illud autem prætereundum non est,  
quod obseruatione dignum animaduert-  
imus, literam iam citatā. l. si ex duobus,  
non carere mendo. sic enim vulgo legi-  
tur, Si ex duobus, qui promissuri sunt,  
hodie alter, ab altero postera die & c. Cū  
tamen vetustiores codices, & emenda-  
tiores, ita legendum moneant, Si ex duo-  
bus qui promissuri sunt, hodie alter, al-  
ter verò postera die respōderit & c. quā  
literam præter vetustissimorum Codi-  
cum autoritatem, naturalis iustitia sua-  
det.

Interuallū  
longum in  
contracti-  
bus an vi-  
tiet cōtra-  
ctum.

An autem in alijs contractibus, inter-  
uallum longum actum vitiet, videamus.  
Et siquidem de ijs contractibus loqua-  
mur, qui consensu perficiuntur, satis cō-  
stat, eos longo inter interrogationem &  
responsonem interuallo, nō vitari. Ac-  
cur. in l. si stipuler. hoc titu. qua ratione,  
neqꝑ matrimonium, ex interuallo inter  
viri interrogationem, & mulieris respō-  
sionem infirmari modo in consensu per-  
seuerent. Archidiaco. in cano. sufficiat  
xxvij. q. ij. Hostien. & Ioan. Andr. in c.

Matrimo-  
niū an per  
responsum  
ex interual-  
lo vitietur.

dilectus. de sponsa. responderunt, quib?  
Panor. adstipulatur in c. cū inter cano-  
nicos. col. ij. de electio.

Hoc tamen verum non putauit Spe-  
culat. qui in matrimonijs quoqꝑ, respon-  
sionem statim subsequi debere, cū &  
in his actus cōtinuitas desideretur, egre-  
giē tradidit, in tit. de sponsal. §. j. Idē tur-  
tius & verius esse Panor. tandem existi-  
mauit in d. c. dilectus. mihiqꝑ magis pla-  
cet, cū matrimonij sacramentum maxi-  
mi sit præiudicij. c. fin. de procura. in vj.  
& ob id, non nisi inter eos iudicandum,  
quorum consensus manifestus apparet.  
Mulier autem quæ continuo non respō-  
dit, sed potius tacuit, dissentendi magis  
quā consentendi videtur animum ha-  
buisse. Barto. & cæteri in l. quæ dotis. ff.  
solut. matri. Panor. & posteriores in c.  
nonne de præsumpt.

Matrimo-  
niū res gra-  
uis præiud-  
icij,

14 Quinimo & in omnibus ꝑ nomina-  
tis contractibus, etiam qui de iure gen-  
tium sunt, aduersus alios verius existi-  
mo, simultaneum cōsensum, debere præ-  
stari, vt docuit Accur. retrocedens in l.  
j. ff. de contra. emp. & in l. consensu. ff. de  
actio. & obliga. ex quo enim non respō-  
dit, non videtur consensisse. In contracti-  
bus vero innominatis, habent in confes-  
so Bart. & alij, lōgum interuallum actū  
vitiare, quemadmodū in stipulatione di-  
ximus, proinde incontinenti: ne corruat  
actus, responderi debere. Idē primus  
omnium Accur. annotauit, in l. rogasti.  
§. j. ff. de præscrip. verb. Bar. & alij in l. si  
cum fundū. ff. de pact. Castren. in l. si pe-  
cuniam. col. ij. ff. de condict. cau. da.

Consensus  
simultaneus  
in nominatis  
omnibus cō-  
tractibus  
præstādus.

Soli Socy. hoc displicet, tū quod nul-  
lam inter nominatos, & innominatos cō-  
tractus differentia rationem videat. tum  
quod innominatus contractus, eius no-  
minati naturam assumat, cui magis simi-  
lis est. l. naturalis. §. sed si facio. ff. de præ-  
script. verb. las. tamen communē defen-  
dens rationē quā fundamentalem appel-  
lat, prodidit. Nam si secus inquit dicere-  
mus, nō esset dare innominatos contra-  
ctus reciprocos, seu respectiuos, cū ta-  
men ex discursu d. l. naturalis, quatuor  
esse fateri cogamur. Quæ rō cōfuratione  
ampliori non eget. seipsam enim ostēdit.

15 Ego tamen ꝑ à communi non disce-  
do, cum & in contractibus nominatis te-  
nuerim, vt effectū habeant incōtinēti re-  
spondendum esse. multo magis igitur

Defensa  
cōis opti-  
nio.

A in innom

in innominatis, qui debiliores sunt. l. iurifgentium in princip. ff. de pactis. l. ex placito. C. de rer. permuta.

Contractus si fiat cum incerta persona.

Planè si cum incerta persona contractatur, speciale est, vt neq; longum temporis interuallum, neq; contrahentis absentia, contractum infringat, verbi gratia, cum res auctioni exponitur, fit proclama, vt detur plus intra præscriptum tempus offerenti. quamuis etenim & absens, & ex interuallo offerat: qui tamen exposuit dare tenetur Bart. in l. licitatio in principio. ff. de public. & in l.

16 ¶ si tempora. de fide instrumen. lib. x. C. Quemadmodum in caupone, & stabulario dicimus, qui postquam cauponas, aut stabula exercere ceperunt, viatores iter agentes recusare non possunt. l. vni. §. fina. ff. furt. aduer. naut. et in eo qui æs sparserit, aues emiserit, aut misilia in vulgus iactauerit. Nam tamen si incertæ personæ eas res esse voluerit: eius tamen fient, qui eas quandoq; sustulerit l. qua ratione. §. fina. ff. de acquir. rerum dom. l. si id quod. ff. pro derelict. l. quod seruus. ff. de stipula. seruo.

Caupo tenetur recipere viatores.

17 Huc pertinet, ¶ quod Bald. in l. pecuniam. C. de condict. ob caus. prodidit, vt si lex municipij dicat, quod quicumq; medicinam interpretabitur, aureos centum habeat in salarium: si quis legat medicinam, etiam non conductus, salarium consequetur. Neq; necessarius est eodem contextu consensus, sed sufficit impletio causæ. Tolosæ. xxij. Aprilis.

Impletio causæ sufficit.

1 5 4 1.

§. SI QVIS ITA.

- 1 Quid ni? respondens.
- 2 Testamentum ad interrogationem alterius.
- 3 Noua & æqua consideratio.
- 4 Alexandri magni testamentum.
- 5 Curiosa Bart. & aliorum questio.
- 6 Annuere propriè quid.
- 7 Annuens an consentiat.
- 8 Naturalis obligatio ex quo consensu oritur?
- 9 Actus ut ualere potest defendendus.
- 10 Forma dat esse rei.
- 11 Transactio post sententiam inutilis.
- 12 Matrimonij fauor.
- 13 Negationes quando adfirment.
- 14 Expositi Cicer. & Horat. loci.
- 15 Fideiussor an in plus quam principalis teneatur.

Si quis ita interroget, dabis, & responderit quid ni? etiam is utiq; in ea causa est ut obligetur. Contra si sine uerbis annuis,

set. Non tantum autem ciuilitè, sed nec naturaliter obligatur, qui ita annuit. Et ideo rectè dictum est non obligari pro eo, nec fideiussorem quidem.



VID NI? ) Argumen. est hæc Vlp. cõstitutio, vt si quis interrogatus, an bona sua ¶ Titio relinquere velit, respõderit, quid ni? aut cui alteri relinquerem, per hæc verba, Titius institutus videatur. & ita primus omnium Pet. Bellaperticen, Galus respondit, quem Barto. & cæteri secuti sunt. Nam ¶ si in stipulatione, cõtractu strictissimo, verba huiusmodi dispositione inducant. l. blanditus. C. de fideiuss. & hic: cur non in testamentis, in quibus plenior fit interpretatio? c. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de regul. iur. Quam sententiam non parum iuuerrint, verba Vlpia. apud quem cum dubitaretur an vulgo quæsitus, matris conditionem sequeretur quam enim inquit aliam originem hic habet. l. j. §. fina. ff. ad municipia. hoc autem ita Barto. & posterores intellexerunt, si testes ad id accessit fuissent. l. Pamphilo. §. propositum ff. de lega. iij. l. Diuus Traianus. ff. de testamen. milita. alioquin verba iactantiæ causa prolata viderentur: idcirco nõ disponerent. l. fin. ff. de testa. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edict.

Respondens quid ni? aut cur non?

Testamentum ad interrogationem alterius.

Rursum Castren. quem Alex. & doctentiũ maior pars sequitur, declarat hoc verum esse, nisi in discrimine vitæ constitutus, sic responderet. quoniam tunc ad interrogantis importunitatem, & vt qui eo vel maximè tempore, otium & quietem appetit, conuiescere posset magis quã ex voluntate, ita respondisse est credendus. Quod tamen Fran. Are. improbat, in l. hæredes palam. ff. de testa. propterea quod alterius postremum iudicium, blando sermone prouocare non sit criminosum. l. fina. si quis aliquẽ testari pro. C. sed vt Socy. non inelegãter animaduertit, hoc obtinet, si qui blanditijs prouocatur tandẽ volũtariè disponat vt in eo qui sanus aut leui morbo correptus est. Nam qui in mortis articulo est cõstitutus, mortis cogitatione perturbatus, magis quã libere sic respõdisse arguitur l. hac cõsultissima. §. at cũ humana fragilitas. C. qui testamen. face. poss.

Quid sit stans sit in agonia.

Noua & æqua consideratio.

Alexandri magni testamentum.

Ego in



Noua & 3  
qua con-  
sideratio.

Ego in proposita facti specie, et iudicantem obsecrarem, ut tam personae instituta, quam interrogantis qualitatem, prudenter inspiceret, ex qua (ni fallor) coniecturam facere poterit, an haec in respondente fuerit disponendi voluntas. Roma. consi. cccvj. quid enim si de filiis propinquioribus, alijsue personis, quas viuens magnopere diligebat, etiam in discrimine vitae constitutus interrogatus ita responderit. Et nemo est qui eam esse respondentis voluntatem non dixerit. Contra vero si de extranea min<sup>9</sup> dilecta, aut inimica persona, interrogatus ita respondisset, non ex voluntate, sed aut morbo superatus, aut eos metuens, in quorum manus forte fortuna egrotans inciderat, eo pacto respondisse interpretandum erit. Ijs vides testamentum, ad alterius interrogationem fieri posse. Accur. Pet. Barto. Bald. & Saly. in l. iubemus. C. de testa. Specu. in §. i. col. iij. tit. de testa. id verum esse declarantes, si qui testabatur prudens articulatè loquebatur. Sequuntur Imol. & ceteri in c. cum tibi. de testa.

Sed nunquid si interrogatus, cum loqui non possit, nutu responderit: satis erit, quod primum videretur, quonia qui annuit conceptum suum, & mentem satis exprimit. Accur. in §. quia vero, ut spon. largit. col. ix. exemplo Alexandri magni, qui et cum iam deficeret ab amicis interrogatus, quem imperij heredem faceret, dignissimum respondit, sed cum iam preclusa voce fari nequiret, & ex incerto sermone non mediocris inter principes altercatio oriretur, exemptum e digito anulum, Perdica dedit: ut quem heredem ac successorem non nuncupauerat, nutu tacitoque iudicio, elegisse videretur. Communiter tamen, vtriusque iuris interpretes contrarium docent, per d. l. iubemus. ad vulgaris quaestionis decisionem subinferentes.

Quidam adeo infirmus erat, ut neque loqui, neque scribere posset, alioquin tamen sapiens & prudens à Franciscano monitus, ut si pauperibus Christi bona sua erogari volebat, oblatum librum clausum aperire: aut oblatam etiam manum stringeret, quamuis id egerit, non tamè valebit huiusmodi institutio. Angel. in l. Lucius. ff. de testament. milita. Petr. Anchar. in c. ij. de testa. quemadmodum neque inter liberos d. l. iube-

mus. Baldus tamen institutionem ad alterius interrogationem factam iure saltem fideicommissi valere voluit, in l. & in epistola. C. de fideicom. quamquam em directa institutio, nutu fieri nequeat d. l. iubemus. ut tamen actus potius valeat, quam pereat, importabit fideicommissum: quod nutu relinqui posse, apud omnes in confesso est. l. nutu. ff. de lega. iij. Bald. & alij in l. his verbis. ff. de her. insti.

Ceterum in hac etiam specie iudicantem, cuncta rimari oportet. & ut paulo ante docuimus, tam instituta personae, quam interrogantis, quam etiam testantis, affectionem summa diligentia perscrutari.

5 Hanc literam postremo et Bartolus curiosè, plusquam par esset, ad alterius quaestionis decisionem infert. finge reo delato causam tribus committi consulendam, quorum primus reum absoluentem opinatur, condemnandum. Alter tertius non video, (inquit) cur damnandus non sit, tertius hic cum secundo dubio procul concordat, reumque condemnandum pronuntiat. Nam in eum sensum, & ea forma interrogatus Papi. an legato fundo cum villico, & eius filijs; nepotes continerentur, respondi (ait) nihil proponi, cur non deberentur. l. vxorem. §. concubine. ff. de legat. iij. & idem Scevol. in l. fina. §. Titia. ff. de lib. legat. & Herenn. Modestin. in l. etiam. §. ex causa. ff. de minorib. & alibi sepe.

6 (SIVE VERBIS) et Annuimus, vel capite, vel humeris, (inquit Accur.) tam hic, quam in l. item quia. in princip. ff. de pact. Bartolus in l. nutu. ff. de lega. iij. humeris autem, si quis eos stringat, ut Angelus declarat, quod Ias. & merito improbat. nam ut experientia docemur, qui humeris stringit, magis dubitatum, quam affirmatum signum facit, sed & ante Iaso. hoc Imol. prauiderat. Annuimus ergo proprie capite, duntaxat hoc est signo capitis assentimus, quod satis Liuius in v. ab vrbe significat de Iunonis simulachro, agens. deinde (inquit) cum quidam, seu spiritu diuino tactus, seu iuuenili loco, vis ne Romam ire, Iuno dixisset, annuisse ceteri deam conclamauerunt.

Annere  
quò proprie  
dicamur

A ij Nec

Annus an  
consentiat.

7 **NEC** naturaliter ꝑ obligatur) Hic statim à fronte scrupulus se ingerit, is consentit, qui interrogatus annuit. Accur. in. §. quia verò vt spon. largi. col. ix. ex cōsensu autem causantur naturales obligationes. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solutio. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iuris. sed ego eum, qui annuit, consentire non facile dixerim. quando hoc nullibi, præterquam apud Accur. scriptum offendam. Præterea, & si consensus aliquis ꝑ argui possit, is præsumptus tantum dici potest. Leges autem, quæ ex consensu obligationem naturalem oriri dicunt, de consensu verbis expresso intelligo, in quã rem adduco, text. vbi Areti. ita ingeniose notat in lege secunda. §. voluntatem. ff. solu. matri. Et quod post Hostien. dicit pater meus Decius in Rubric. extra de pact. Adde, quòd principium istius legis dubitationem summouet, quæ in stipulatione vtrumq; loqui exigit promittentem maxime, vt an si obligandi voluntatem habeat, liquido constare possit, quod si non verbis, sed nutu respondeat. lex eum non consentire, neq; obligari velle effingit, quare, quod addunt modo, neq; vt pactum nudum, actus subsistet. l. an inutilis. in princip. ff. de acceptilat. Cùm vt Vlpia. ait promissor, neq; ciuilitè neq; naturaliter obligetur: quod sibi non omnino inutile esse potest. Nam si credens deberi, promissum soluerit tanquam omni iure indebitum repetet. Accursius, Bartolus, & cæteri in lege secunda. ff. de conditione indebiti.

Sinon valet quod ago vt ago.

Hoc etiam loco latus campus scribentibus aperitur ad concludendos illius regulæ terminos, quæ nihil, vel hodie vulgo tritius adferri solet. Quod non valet, vt agitur, valet eo modo, quo potest. Et quoniam ab interpretibus nostris id tam verbose tractatum est, vt res in infinitum, & incertum sit protracta, nos verbis, quam paucis fieri, poterit certa via concludemus.

9 ꝑ Fac igitur regulam, Actus, qui vt agitur, inutilis est, quo tamen modo valere potest, sustinetur, lege si vnus ex argentarijs. §. si acceptilatio. ff. de pactis. l. si tam angusti. ff. de seruit. lege infulam. ff. de præf. verb. l. si olei. C. locati. quod præsertim in actibus, qui ab vnus sola

voluntate pendent, obtinet, Proinde, actus à testante directo factus, qui vt directo valere non potest in vim tamen fideicommissi defenditur. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de lega. j. l. ij. §. fin. ff. de iure codicillo. l. Scevola. ff. ad Trebel. sed neque hæc regula ratione caret, si quidem actus humani ita sunt interpretandi, vt potius, quàm pereant, ratione aliqua sustineantur. l. quoties. de rebus du. l. iij. ff. de test. mi. l. quoties in stipulationibus. hoc titulo. Tunc maxime, cùm iusiurandum interuenit. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Barto. hic, & in l. omnes populi. colum. xj. ff. de iustit. & iure. & in l. si quis in principio. in fin. ff. de lega. iij. & in l. si quis pro eo. col. v. ff. de fideiuf.

10 Ab hac ꝑ autē regula plures casus docentes excipiunt. Ego cùm sumus in actibus, qui ab agentium libera voluntate pendent, duos excipio. Primus cùm actus esset nullus ex formæ defectu, vt hic. Forma quippè dat esse rei. l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhibendum. vnde fieri non potest, vt actus ea deficiente appareat, cum formam nõ satis sit per æquipollens impleri. l. qui per salutem. ff. de iureiurand. Alter casus & generalior. cùm constat agentes eo tantum modo, quo sit, non quo potest actum valere voluisse. lege prima. ff. de iure codicillorum. lege prima. §. eum qui. ff. de constituta pecunia: l. non codicillum. de testamentis. C. Huius autem exceptionis promptissima est ratio, quia deficit consensus. l. an inutilis. in principio. ff. de acceptilationibus. l. obligatorum substantia. §. fina. ff. de actio. & obligatio.

Forma dat esse rei.

Proinde Barto. & aliorum traditionem probarè, qui in l. si causa cognita, per illum textum. C. de transact. docuerunt factam post rē ꝑ iudicatam, transactionem, in vim pacti, etiam non valere. quandoquidem pacto donationis gratia, & liberalitate nostra aliquid remittamus. lege prima. ff. de transactionibus. Transigentem autem post rem iudicatam nihil donare voluisse, sed præteritæ litis memorem, & similem molestiam in futurum veritum, sicq; litis futuræ timore composuisse, transigēs præsumitur. l. suus hæres. C. de repud. hæred. Ea etiam fuit (ni vehemèter fallor) ratio

Negatiões  
duæ an af  
ferment.

14

a

E

q

fo

ic

q

v

d

tu

ft

b

in

It

ti

g

&

d

q

cu

ij

ratio, Vlpian. cur hoc loco, annuentem, neque ciuilitate, neque naturaliter, obligari voluit, vt paulo ante extitit declaratum.

12 Matrimonij tamen ꝛ fauore, receptum est, vt si per ætatis defectum actus, vt matrimonium valere non possit, quemadmodum contrahentes volebant, consistat, tamen vt sponsali, in vim quorum duntaxat valere potest. c. vni. §. idem quoque de despon. impub. in vj. Reliqua ad hunc articulum pertinentia, extensius, & præter alios ponam in l. si tam angusti. ff. de seruit.

Negatiões  
duæ anaf.  
serment.

13 **NEC fideiussorem**) Sermonis ꝛ structura, & elegantia, ac negatiua, corrupti videtur siquidem vulgo efferatur negationes duas affirmatiuam inducere. l. duobus. ff. de verb. sig. quod & Grammatici docent, sed non semel compertum est, duas negatiuas mentem scribentis adauxisse, vt in Euangelio sit sermo vester, est, est, non, non, Math. v. c. & si  
14 Christus. ꝛ de iureiur. Et quemadmodum Cicer. alijsque probati autores, vnam negationem duarum vice quandoque posuerunt ita contra duas pro vna positas inuenimus, quod tunc continget, cum duæ aut plures negationes ad vnam in principio positam respiciunt, vt Horatius in Odis.

*Nolis longa feræ bella Numantie.  
Nec durum Annibalem, nec siculum mare.*

Nam non plus faciunt, quam nolis, aut bella, aut duorum, aut siculum, &c.

Sic cum ait Cicer. pro lege Manilia, Erat enim metus iniectus ijs nationibus, quas nunquam pop. Roma. neque lacessendas bello, neque tentandas putauit, & idem lib. iij. de finibus bon. & malo. sed quaquam negent Stoici, nec virtutes, nec vitia crescere, attamen vtrunque eorum fundi, ac dilari putant. Idem etiam ad Lentul. scribens, lib. Epist. j. Ego neque de meo studio, neque de nonnullorum iniuria, scribendum esse mihi arbitror. hoc etiam in infinitis tam Iurisconsultorum, quam Imperato. constitutionibus, animaduerti. l. fluminum. ff. de dam. infec. l. quæ pignoris. ff. de acquiren. pos. l. j. vbi Barto. & Salic. C. de ser. fugiti. §. inordinatum, de her. & fal. col. j. §. si verò neuter. de ijs qui ingred. ad ap. col. v. sed tunc maxime, cum vltimæ negationi dictio quidem adijcitur, ideo hoc loco Vlpian. recte (inquit) dictum est non obligari, pro eo,

nec fideiussorem. Cicer. libr. Epist. j. ad Lentul. scribens, neque vt ego arbitror, exarent, ne aduersarij quidem eius. si enim pares esse non possent, pugnare desisterent. Sed de his satis superque.

Porrò cum vulgo traditum sit, cum principalis causa non consistit, nec ea quidem, quæ sequuntur. Proinde rescisso principali, accessorium, vt euictionis, aut penè pactum, etiam rescindi Accur. docuerit, in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraud. ꝛ patro. non iniuria Vlpian. hoc loco constituit inutili stipulationi fideiussoriam obligationem nequaquam accedere posse, tum, quod, quæ accessorum locum obtinent, extinguantur cum principales peremptæ fuerint. l. ij. ff. de pecul. legat. tum quod ei obligari fideiussor non possit, apud quem promittendi reus obligatus non est. l. fideiussor obligari. ff. de fideiussor.

Principalis  
destructo  
accessorium  
ruit.

Hoc autem ita interpretamur, si neque ciuilitate, neque naturaliter, vt in nostra facti specie reus sit obligatus. neque etiam iudicis officio, teneatur. alioqui si naturaliter tantum obligatus reus esset, quia pupillus, furiosus, aut prodigus, fideiussor, efficacius obstringi posset. l. Marcellus. ff. de fideiussor. l. si pupillus. hoc titul. Idem si reus iudicis officio conueniri possit. quamquam enim id nullam supponat obligationem. l. qui per collusionem. ff. de actio. emp. l. cum postulassem. ff. de dam. infec. l. quintus. ff. de annu. lega. Cum tamen ex larga saltem interpretatione, reus obligatus dici possit. Accur. in l. rescriptum. ff. de pact. Bartolus in l. finali. ff. de iniur. accedet fideiussor. Barto. in l. Marcellus. col. ij. ff. de fideiussor. Baldus in l. penultim. C. quod cum eo. per l. pecuniæ verbum. §. penulti. & fina. de verbo. significat. siue de officio iudicis, quod nobile appellant, loquamur. l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solutio. siue de mercenario. l. centum Capue. & l. si post moram. ff. de eo quod cert. lo. l. quaro. ff. locat. l. si postea. ff. rem pupilli saluam fo. quamquam, & aliàs docuerim hanc distinctionem officij iudicis mercenarij, nobilis, & aduersarij, à leguleis nostris effectam fuisse: nulla autem lege, vel ratione probari. Quæ disputatio locum magis idoneum desiderat. Ioannes Corasius Tholosæ. xxvj. Aprilis. 1541.

Officium  
iud. nobile  
& mercenarium.

A iij §. si

## §. SI QVIS SIMPLICITER.

- 1 Species §. nostri.
- 2 Simpliciter quid fieri dicatur.
- 3 Calendæ.
- 4 Calendarium.
- 5 Nonæ.
- 6 Idus iduare.
- 7 Fasti dies & nefasti.
- 8 Diuersitas responsionis, an uitiet stipulationem.
- 9 Roma, & sequacium, improbat sententia.
- 10 Contra Ias. & Porcum.
- 11 Expressio conditionis quæ tacitè inest.
- 12 Conditiones, quæ in nuptijs reiiciuntur.
- 13 No. intelle. ad lex duobus.
- 14 Responsio talis qualis interrogatio.
- 15 Noua opinio.
- 16 Adiectio an nouam dispositionem creet.
- 17 Literæ excitatiuæ uel attributiuæ iurisdictionis.
- 18 Explicatum c. cum aliquibus.
- 19 Noua distinctio.
- 20 Clausula executiuæ.
- 21 Libello additum, an nouum libellum faciat.
- 22 Complacencia in stipulatione sufficit.
- 23 Communis opinio defensa.

*Si quis simpliciter interrogatus fuerit, & ille sub conditione responderit: Si illud factum erit, dabo. non obligari eum constat. aut si ita interrogatus intra Calendas quintas, responderit, dabo Idibus, æquè non obligatur. Non enim sic respondit, uti interrogatus est. Et uersa uice, si interrogatus fuerit sub conditione, responderit purè, dicendum erit eum non obligari. Cum ad, iicitur aliquid, uel detrahitur obligationi, semper probandum est uitiatam esse obligationem, nisi stipulatori diuersitas responsionis ilico placuerit: tunc enim alia stipulatio contracta uidetur.*

Species.

**S**I QVIS) † Cùm te interrogassem, an mihi centū promitteres, respondisti te promittere, si Frācisus Vallesius potētissimus Rex Francorum Tholosam uenisset, aut interrogatus, si intra Calendas quintas dares, te Idibus daturum spopōdisti, & cùm quemadmodum interrogatus es, non responderis, neutro casu obligabere. Idem si sub conditione interrogatus, purè promiseris. per manus quip

pè traditum est, cùm nonnihil vel adficiatur, uel detrahitur obligationi, semper uitiatam esse obligationem. sed hoc ita uerum est, nisi stipulanti responsionis diuersitas ilico placuisset, quia cùm à me interrogatus purè, sub conditione respōdisse, eam conditionem mihi placere te status sim. alia enim stipulatio contracta uidebitur.

2 SIMPLICITER) † Hinc Bar. & cæteri, tam hic, quàm in l. j. ff. de vulg. crebro tradiderunt, si lege municipali cautum sit, ut actoris positionibus, reus simpliciter affirmando, uel negando, ( nisi pro confesso haberi uelit ) respōdere teneatur, & quis interrogatus, an centum receperit, se recepisse neget, & si id constiterit, se in negotijs petentis expendisse dicat, hunc huius literæ argumento, pro confesso haberi, qua illud simpliciter fieri edocemur, quod fit sine conditione, & l. fina. C. de do. pro. & c. vni. de scrut. c. is qui contra. de electio. in vj. Et quia negari non potest, quin tota hæc responsio duplex sit, non simplex. qua ratione Ange. docuit, non debere admitti accusati responsionem, dicentis se occidisse, sed ad sui defensionem, si statutum cogat accusatum simpliciter accusationi respondere. quod præsensisse Bar. inuenimus in l. de etate. §. quod autem. ff. de interro. actio. & Bald. in c. dudum. ij. de elect. in vj.

Sed ad primum reuertamur, quod quamuis Castren. in l. j. ff. de vulg. subsequatur hic, tamè recantans cum Cuma. improbat eisq̄ elegāntissimè Alciat. admittitur, lib. Paradox. j. c. vij. quādoquidē id uerè simpliciter fieri dicatur, quod fit sine dolo, & fraude. Accur. & Bald. in l. j. C. de adil. actio. Glos. in c. Petrus. xxxix. dist. Quare uerisimilius est fraudes hoc uerbo municipij legibus prohiberi, quàm eam duplicium uerborū formam, quemadmodum per rescriptum, quo factum purè, & simpliciter inuestigari, mandatur captiosa inuestigatio, & perniciofa duntaxat subtilitas censetur esse reiecta. c. dilecti. de iud.

Quæ sententiā licet minus frequenter sit recepta, probabilior mihi uideatur, cū ea sit statuti ratio, ut responsio sit clara. Bald. in c. j. de sum. trinita. & fid. catho. satisq̄ id uerbo simpliciter significatur. Glos. in can. fina. §. in testibus. iij. q. iij.

per

Simpliciter respon-  
dere quis  
dicatur.

Calendæ.

Simpliciter quid fieri  
dicatur.

Calendarium.

per can. pura. iij. q. ix. & can. qui episcopus. xxiiij. distin. Clarè autem respondet, qui negat se habuisse. Illa verò verba si apparuerit, &c. abundant, ideo actum vitare non debent. l. non solent. ff. de reg. iur. l. testamentum. C. de testa.

In hanc sententiam denique vnum validius me impellit, ad quod anteriores minime aduertisse demiror: nam statuentium mens non est, ut eorum legibus cuiquam iniuria inferat. l. ij. §. si quid à principe. ff. ne quid in loco public. Non mediocrem autem iacturam respondens pati posset, si purè negaret, se habuisse. neque enim sibi prodesset iam facta solutio. aut then. contra qui propriam. C. de non nume. pec. §. si quis autem numerationem. de trien. & semil. col. ij.

3 **INTRA** calendas & quintas) Id est intra quinque menses, quamuis ineptissimè quidam, hoc est, quinto calendis, exponant. Diuiserunt autem antiqui, menses in Calendas, Nonas, & Idus. Ita tres solennes dies quibuslibet mensibus attribuentes. Calendas initia mensium dixerunt à καλῶς Græcè quod est, voco Latinè. Tunc enim Pontifex Calata, id est vocata in Capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat. quod post nouam lunam oporteret nonarum die populares qui in agris essent, in urbem confluere, accepturos, quid esset eo mense faciendum.

Proinde, cum foeneratores in singulas Calendas, hoc est singulos menses, mutuum dare, & foenerari soleant. l. lecta. ff. de reb. cred. vnde Horatius:

*Hæc ubi locutus foenerator Alphius,  
Omnem relegit Idibus pecuniam.  
Querit Calendis ponere.*

4 **FACTUM** est, ut eorum tabule & librorum rationum & in quibus debitorum nomina describunt, à iurisconsultis aliisque probatis Authoribus Calendaria nuncupata sint, sic dicta, quod in ijs singulorum calendarum nomina præscriberent singulorumque mensium rationes referrentur. l. qui uxorem. §. legauerat. ff. de legat. iij. l. nepoti. ff. de fundo instru. l. eius qui. ff. de rebus credit. l. fina. §. item rescripserunt à curatore. ff. de administrat. rerum ad ciuita. pertinen. l. iij. C. de compensa. Calendarium quoque sacrificium veteres dixerunt, quod Calendis obire moris erat in Iunonis honorem. Nam ut Idus

Ioui tributæ, & sacratæ, fuerunt: ita Iunoni feriatæ calendæ omnes, hoc est primi mensium dies. Quod & Ouid. indicat, cum ait:

*Vendicat Ausonias Iunonis cura calendæ.*

De Ausonijs, hoc est latinis, ob id verba faciens, quod Græci calendæ non habeant, sed noui lunia. Nonarum porrò tutela Deo caret.

5 **†** Nonas autem dictas esse nonnulli existimarunt, quasi noue obseruationis initium. Alij quod ab eo die ad Idus nouem dies semper supputentur. Hinc à Tuscis fortasse obseruatum est, ut nono quoque die regem suum salutarent. de proprijsque negotijs cõsulerent. Dicunturque nonæ, quatuor illi dies, qui calendæ sequuntur præterquam in Marcio, Mayo, Iunio, & Octobri, in quibus sex dies primum sequentes, nonæ appellantur.

6 **Idus** & sic dictæ sunt, quod mensem diuidant. Idiare namque Hetruscorum lingua diuidere est. Alij malunt Idus quasi vidus dici, v, litera detracta, quod tunc plena luna videatur. Sunt etiam qui à Ioue quasi Iduli, quoniam apud Tuscos singulis diebus Ioui à Flamme immolabatur. Nonarum autem, & Iduum ratio, hoc disticho perfacilis fit:

*Sex Maius nonas, October, Iulius, & Mars,  
Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.*

Hæc obiter dicta sint, Tu si maiore cura hoc ipsum inuestigare cupis, video Ioan. Andr. in Glossematis Data Sexti & Andreæ Alciat. Iurisconsultum celeberrimi nominis, in l. cum bissextus. ff. de verb. sign. quo loco altero disticho nos docet mensium dies dignoscere.

*Septembris, Iunij, Aprilis, trigintaque nono  
Mense dies, unum adde alijs, duo Februus aufert.*

Illud non prætereundum hos dies calendarum, nonarum, & iduum, veluti principes, & authores totius mensis, veteres fecisse. quos sacros, ac festos, habuerunt, tanquam dijs superis dicatos. Qui verò hos sequerent, hoc est postridie Calendas, Nonas, & Idus, dijs, manibus, attribuebant, ac proinde nefastos, ac irreligiosos, indicabant.

8 **VEL** interrogatus). Tradiderunt & hinc docentes pro regula, diuersitatem inter interrogationem, & responsionem, vitia re stipulationem. §. præterea, de inuti. stipul. Obstat tamen §. sequens. vbi si mihi decem stipulati, viginti responderis, aut

A iij me

Nonæ.

Idus.

Fasti dies,  
& Nefasti  
qui.

Diuerfitas  
inter inter-  
rog. & re-  
spon. vitiat  
stipulatio-  
nem.

me viginti interrogante, decem promittas, contracta erit nihilominus in decem obligatio, sed in quantitate text. ille loquitur, in qua respectu minoris summæ est vniformis consensus, vnde vulgo traditum est sub maiori minorem contineri. l. iij. §. si plusquam. de statulib. nos cū est in qualitate, & sic substantia obligationis diuersitas, vt quia purè interrogatus, sub conditione respondet, aut e contrario, quemadmodum Barto. & ceteri interpretantur. nam vt dicit Rapha. Cuma. eo casu nullo modo dici potest, vniformem consensum adesse.

- 9 Hinc Lud. Ponta. in fin. † huius l. docuit vitari stipulationem, si sub vna conditione interrogatus, sub alia respōdeat. quod Ioan. Fab. prædocuerat in §. præterea. col. ij. alleg. quamuis si certi temporis interrogationem diuersi & breuioris responsio sequeretur consisteret stipulatio, vt quia interrogatus, promittis intra mensem, spondeas intra dies quindécim. nam sicut in quātitate, & in summis, in maiori minor inest. Idem & in tēpore est dicendum. l. j. §. diem. ff. de edē. l. miles ita. ff. de testa. milira. Hoc vltimū quamuis Socyn. & Ias. approbent, ego verum non puto. neq; enim sic respondit, vt est interrogatus, quod tamen hic tex. & §. præterea desiderat. Hęc itē decisio expressè contradicit huic textui, in quo interrogatus, an dare vellet intra quinq; menses, se daturum idibus respōdit, & sic breuiori tempore, cū de proximis intelligatur. l. eum qui calendis. hoc tit. & tamen inutilis est stipulatio.

Ias. ridiculus.

10 Ineptam † autem, & ridiculam Iaso. considerationem, quiuis nisi omnino infans fuerit, facillè iudicabit, qui an ornate, & eleganter dies sub calendarum, aut Iduum nomine, an incomptè, & barbarè, sub expresso singularium dierum numero in stipulatione adiecti essent, distinxit falsissimam denique, & perniciosam Porcū opinionem, consulto præmittit. qui in d. §. præterea. quo rapt' spiritu nescio defendit, diuersitatem etiam in summis vitare stipulationem, contra §. sequen. cui neq; Saturni filius, sine calumnia maxima responderet.

- 11 Non est † illud deinde contiscendum, quod si pure interroganti respōderetur sub conditione, quæ ex actus natura in-

esset, non vitaretur stipulatio, veluti si mihi stipulanti fructus fundi respōdeas, promitto, si nascantur. l. j. §. fina. ff. de cōdict. & demon. l. interdum. hoc tit. expressio enim conditionis, quæ tacitè inest actum, minimè conditionalem facit. l. qui liberis. ff. de vulga. l. iij. ff. de legat. j. l. non rectè. C. de fideiusso. quemadmodum in mandato de prouidendo, dicimus, in qua quamquam hæc clausula inserta sit, si idoneus repertus fuerit, non tamen est conditionale, idcirco valebit collatio non idoneo & inhabili facta, cū monitionem inducat hæc clausula, non etiam conditionem. Gloss. in cle. vni. de offi. delega. Bar. in l. muto. §. j. per illum text. ff. de tutel. fusè Feli. in c. fin. de præsumptio.

Qua ratione idem crederem in questione, quam nouam Crot. prodidit, si quis simpliciter centū stipuletur respōdēs, vero hodie promittat, quoties enim in obligationibus dies non ponitur, præsentī die pecunia debetur. l. eum qui, Calendis. §. fina. hoc tit. l. quod dicimus. ff. de solutio. l. in omnibus. ff. de regu. iur. quāquam ipse Crot. aliter opinetur.

Quid autem si sub impossibili conditione fiat stipulatio, responsio vero purè fiat. & existimauerunt Roma. & Are. in §. fina. huius legis, & hoc loco recentiores stipulationem vitari, quod verissimum arbitror, si quidem interrogatus, cū sciens, prudensq; nullius esse momenti stipulationem sic stipulatus est, neq; etiam paciscendi consensum habuerit. l. an inutilis. † in prin. ff. de acceptila. Cæterū in matrimonijs secus dicimus, quorum fauore conditiones turpes, aut impossibiles, pro nō adiectis habentur. c. si. extra de condi. apposi.

- 12 Adnotandum † illud deniq; in duorum reorum constitutione speciale esse, vt diuersitas responsionis eā non vitiet. l. ex duobus. ff. de duo. re. vbi si duo rei interrogati purè, diuersa forma respondeant, quia alter purè, alter sub conditione, nō tamen vitatur obligatio, sed hoc ideo, quia duo rei separatim, & diuerso modo interrogati fuerant, vnus purè, alter verò sub conditione, quod fieri potest. Ioan. Fab. in d. §. j. & ita nouo sensu d. l. ex duobus. intelligo, alioqui si ambo purè interrogati essent, alter verò sub cōditione respondisset, quoniam summa esset

Conditio  
quæ tacitè  
inest nō fa-  
cit actū cō-  
ditionalē.

Respon-  
sio  
talis intelli-  
gitur qua-  
lis interro.

Duorum  
reorū sin-  
gularitas.

Respon-  
sio  
ad quæ re-  
feratur.

esset inter interrogationem, & respōsiōnē diuersitas, vitiaret stipulatio, vt hic, & ita duorum reorum constitutio, quæ sine stipulatione fieri nequit. §. j. de duore. in insti. sicq̃ periculo meo tenendum est, quamuis Imol. & ceteri aliter dicāt, quorum opiniones tamen coloris non nihil habeant, defendi tamen nullo modo possunt.

Nā quod dicit Ias. vere duas esse obligationes velitationis gratia fatebimur. At vicissim volumus, respondeat an vno cōtextu, ambo pure interrogati sint, quod si affirmet illud, etiam fateri cogatur actum, quātum ad illum saltem qui respondit sub conditione, vitiari per prædicta. Verum hunc sensum Florentini Iurisconsul. verba in d. l. ex duobus. nō patiuntur, & ideo noster tenendus est.

Respōsiō  
talis intelli  
gitur qua  
lis interro.

14 Sanē de illo dubitari ꝑ potest, quid si sub conditione interrogatus, simpliciter promitto responderit, & cum respōsiō talis intelligatur, qualis interrogatio. l. si defensor. §. j. ff. de interro. actio. l. que ro. §. fin. ff. de ædil. edic. Bart. in l. si quis intentione. ff. de iud. respondentem obligari constat. §. præterea. de inutil. stipul. in insti. Hinc docentes tradiderunt, si accusatus Tarquinius, quod Lucretiā Collatini vxorē stuprasset, simpliciter se stuprasset Lucretiam fateretur: videretur quoq̃ fateri eam Collatini vxorem, & sic adulterium Cuma. Imo. Castren. Aret. Alex. & reliqui in l. si cui serui. §. si de i. ff. de lega. j. Idem si contra Petrum Titium fecisses, quod mutuo centū Titio dederis, cuius ille hæres est. nam si simpliciter confiteatur Petrus, videtur non modo mutuum, sed se esse Titij hæredem confiteri, cuius tamen contrariū Specula. expressē decidit in tit. de positio. §. septimo. col. viij.

Responso  
ad quæ re.  
feratur.

15 Ego verò neutram decisionem ꝑ probo, quandoquidem respōsiō non se referat ad ea, quæ in interrogatione demonstratiōnis, causa adiunguntur, sed ad ea duntaxat, quæ principaliter posita sunt. l. fina. §. Titia. ff. de liber. lega. & ita contra communē vtroq̃ casu tenendū est, vt & Barto. tenuit in d. l. si cui serui. quo loco Castrē. refert, sic causidicos, & procuratores, tenere passimq̃ obseruari. Idem Mathesila. not. xxxiij. Hoc autem ego verum interpretarer, nisi respondens generalius fateretur quęcunq̃, &

singula in positione, vel accusatiōne contenta vera esse. Bart. in d. l. si cui. per l. fi. ff. de fideicom. liberta.

16 CUM adiicitur) Hinc ꝑ vt ex Ange. Aret. Imol. Socy. Ias. & recētorib⁹ edocemur, ea regula excerpta est qua sexcēte quæstiones dirimuntur. Cū non nihil addimus, vel detrahimus primæ dispositioni, noua creatur. quod non bene, vt opinor ipse ab interpretibus nostris colligitur, siquidem in tex. ipso, & prima vitietur dispositio, & nulla noua creetur vt nemini non patet. Regula tamen vera est, quæ probatur optime in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. & quia accidens adueniens enti cōstituit ens in diuersa specie. Glo. in c. statutum. de electio. in vj. hincq̃ euicit aliquādo Barbatias fratres minores de obseruantia, Franciscanos non esse, sed potius Eugenianos, sed male, inquit Zas. in l. in conuentionalibus, hoc tit.

Additū vel  
detractum  
primæ dis  
positioni  
nouam  
creat.

Hanc tamē regulam intellige, nisi adiectio fieret à lege per modum interpretatiōnis, quia tunc prima dispositio non immutatur. l. lex Cornelia. vbi Areti. iij. not. ff. de vulg. qualitas etenim legis interpretatē videtur repetita in l. interpretante. l. nihil. ff. de coniungend. cū eman. lib. Barto. in l. prator. §. eritq̃ differētia. ff. vi bo. rap. verbi causa in iure ciuili, ad quod non semel Prætor addidit, vel immutauit. non tamē per hoc ius ciuile esse desinit. Accur. sing. in l. fina. ff. de possessio. hæred. peti. Bar. in l. j. ff. si quis omis. cau. testa.

Qualitas  
legis inter  
pretatæ cē  
setur repe  
tita in in  
terpretatæ.

17 Hoc autem ꝑ casu excepto regul. d. l. ius ciuile, standum est. Proinde in locis communibus vtriusq̃ iuris interpretes docent Principem, qui iudici causam cōmittit aliquid ordinarię iurisdictioni vel addendo, vel detrahendo, ex ordinario delegatum efficere. alioqui ordinariam duntaxat iurisdictionem excitare. c. licet in corrigēdis. de offi. ordi. c. cum aliquibus. de rescrip. in vj. gratia exempli, si ordinario mandetur, vt sine strepitu, & figura iudicij procedat. quoniam alterata est, ordinarię cognitionis forma, delegatus censetur. Paul. Castren. in l. j. §. opus nouum. per illū tex. ff. de no. oper. nunciat. Ange. consil. cxi.

18 Sed hoc ꝑ commune pronuntiatum Bertrandus de monte Fauētino, doctor antiquus in l. diē functo. ff. de offi. assessor. & Aret.

Declaratū  
c. cum ali  
quibus.

Conditio  
quæ tacitè  
inest nō fa  
citatū cō  
ditionalē.

Duorum  
reorū sin  
gularitas.

& Aret. hic ingeniosè cōtrouertunt, in communem retorquentes d. c. cum ali- quibus. nam illic ordinario actus man- datus fuerat, quem ex se nō poterat ex- pedire. valet receptio in canonicum con- tra consuetudines, priuilegia, statuta iu- rata, & ab apostolica sede confirmata, & tamen vult summus Pōtifex, quod si in commissione non sit verbum autoritate nostra receptio illa fiat autoritate ordina- ria. non ergo commissio alterius iurisdic- tionem ordinariam inducit delegantē, quam inductionem, cum Felī. in c. cūm ex officij. col. xij. de præscrip. Ias. Crot. & recentiores, hic submouere conātur. mirum est quam se inuoluant.

No. distin. 19 Itaq; vt paucis † hunc obicem dissol- uamus, mihi placet distinguere, vt alias distinguebam, aut per rescriptum princi- pis alteratur substantia iurisdictionis or- dinarię, vt quia sibi negotij ad se non per- tinentis, aut inter personas, non suę iu- risdictionis cognitio committitur. & tūc communis vera sit, vt efficiatur delega- tus. c. ad abolendam. §. fina. de hæreti. Aut alteratur exercitium iurisdictionis duntaxat, vt quia in certa causa, vt sum- marię procedat, aut non obstantibus fe- rijs, mandatur, & tunc quamuis commu- nis contradicat, excitari tātummodo or- dinariam crederem, ex quo solum illud obstaculum tollitur, quod erat exercitio iurisdictionis impedimento. Bald. in l.

Clausulæ  
executiue. 20

qui procuratorem. ff. de procura. † Hu- iusmodi præterea altercationes solēt per clausulas executiuas fieri, quæ naturam principalis dispositionis immutare ne- queunt. cle. j. de præbend.

Libellus  
nouus quis  
dicatur. 21

Et huic † meę distinctioni fortissimū præstat argumentum, quod Bar. & alij, dicunt in quæstio. orig. Guilliel. Cug. an formato libello, si quid illi addatur, vel detrahatur, dicatur nouus libellus. nam si adiectio, vel detractio actiōis, vel ob- ligationis, substantiam respiciat erit no- uus libellus. secus si non substantiam, sed condemnationis tantum effectus mute- tur, vel augeatur. l. in delictis. §. final. de noxa. Bar. in d. l. ius ciuile. Tradunt do- centes in l. edita. C. de edend. quod fru- ctuosum in his vel maximè partibus esse potest, quibus pro singulis libellis non- nihil soluendum est. Ioan. Imol. in l. sci- re debemus. hoc tit.

Complacē-  
tia qualis  
esse de-  
beat. 22

ILICO placuerit) † Complacentiā

huiusmodi ita sufficere declarat Ioann. Fab. in §. præterea. de inutil. stipula. nisi de re penitus diuersa responsum esset, quia interrogatus, an equum promitte- ret, se canē, alinum, aut aliud diuersum, se promittere responderit, sequitur So- cyn. & Ias. & verum est, quāuis ex Mo- der. nonnulli fragilibus admodum ra- tionibus temerè contrarium defendant. nihil enim adijci, vel detrahi, tūc dici po- test, sed aliud omnino dissimile promit- ti. Igitur nulla contrahetur obligatio. §. si de alia re. de inutil. stip. in instit.

Sed & illud vidēdum est, an verba ad complacentiam huiusmodi requirātur, an verò an nutu fieri sufficiet, & nu- tum sufficere videretur. propterea quod secuta complacentia, lex hic stipulatio- nem effingat, vt Bart. & ceteri declarāt. in fictis autem stipulationibus verba nō requiruntur. l. ijs verbis. ff. de adoption. l. vni. C. de re. vx. act. nihil item inter- est, an verbis, vel signis, consensus expri- matur. l. pater. §. j. de acqui. hared. l. cer- tum. ff. de reb. cred.

Contrarium tamen Faber in d. §. præ- terea, tenuit: quia cūm ad firmitatem sti- pulatio inducta sit, claritatem verborū intercedere, lex verò similiter desiderat. & Fab. docētes alij, quotquot legerim, solo Hiero. Butigell. (Iurisconsulto me- hercule diligētī, & bene docto) excepto sequuti, nisi eum verbis opus esset, fru- stra complacentiam lex requireret: quia cūm tractetur de lucro, semper etiā ta- cens homo consentire præsumitur. l. qui patitur. ff. mandat. Barto. & ceteri in l. quæ dotis. ff. sol. matr. Panor. in c. nunc de præsump. Quæ sententiā † verissima est quicquid Butigel. pro ingenu viua- citate arioletur. Nam cūm lex loco præ- cedentis subrogationis, complacentiam subrogauerit. in subrogato prior quali- tas reposita videtur. l. si eum. §. qui iniu- riarū. ff. si quis cautio. §. fuerat. de actio. c. iij. vt lit. pendent.

(ALIA stipulatio contracta) sed nō- ne in verborum obligatione necessum est, vt responsonē interrogatio præce- dat. l. obligamur. §. verbis. ff. de actio. & obliga. l. j. C. de vsur. quo pacto ergo cō- placencia, quæ responsonem subsequi- tur, stipulationem efficere potest. Solut. verè præcessit interrogatio, quæ per re- sponsonis diuersitatem inutilis est effe-  
cta,



ta, ex quo tamen incontinenti placuit interroganti diuersitas, fingitur interrogatio vtiliter præcessisse, siue in qualitate sit diuersitas siue in quantitate, quia interrogatus de centum, ducenta promiserit, & ilico diuersitas stipulanti placuerit. quoniam in tota summa valebit stipulatio, & ita generaliter hunc versiculum, cum aducitur Accur. Bart. & ceteri intelligunt, vt ad præcedentia, & sequentem §. referatur. l. iij. §. filius inter medias. ff. de libe. & posthu. quod permultis argumentis recentiores confirmant.

Cæterum Petr. Bellaperticen. quem Cuma. sequitur, cõtra putat, quod in ea summa, scilicet in qua non concordant, non valeat stipulatio, quamuis complacentia subsequatur, & verius videtur. nã adiecta responsioni summa se habet, tãquam quid diuersum, igitur contrahi stipulatio non potest, etiam si complacentia secuta sit, argumento eorũ, quæ pauloante diximus, per §. si de alia re. de inutil. stipula. Reliqua vt per recentiores prosequere, qui diffusissimis verbis hũc, & alios articulos discutiunt, sed nos, nõ quid ipsi dicant, sed quid dicendum sit, perquirimus. Ioannes Corasius Tholofa, die vltima Aprilis. 1541.

## §. SI STIPVLANTI.

- 1 Species §. si stipulanti.
- 2 Nisi dictionis natura.
- 3 Explanatus §. præterea.
- 4 Si dictio pro quatenus.
- 5 Determinabile an plura æqualiter determinet.
- 6 Donatio pro parte ualere potest.
- 7 Maior summa minorem continet.
- 8 Pars est in toto.
- 9 Negatio plus negat.
- 10 Declaratus §. si cum mihi.
- 11 Fideiussio non fit sine stipulatione.
- 12 Fideiussor in duriores causas non adhibetur.
- 13 Expositus §. si. l. hætenus.
- 14 Declaratus §. illud. l. Græcè.
- 15 Individuum quadruplex.
- 16 Sententia quando pro parte ualeat.
- 17 Testes singulares non probant.
- 18 Mandati fines seruandi.
- 19 Rabule forenses nequissimi.
- 20 Totum continet partes.
- 21 Peririj præsumptio fugienda.

*Si stipulanti mihi decem, tu uiginti respondeas, non esse contractam obligationem,*

*nisi in decem constet. E contrario quoque, si me uiginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio nisi in decem non erit contracta. licet enim oporteat congruere summam, attamen manifestissimum est, in uiginti & decem inesse.*

1 **S**I STIPVLANTI) † Cum inter interrogationem, & responsionem, diuersitatem vitare stipulationem Vlpia. iam dixerit, nonnullis videri posset, quod si te interrogem, an promittas decem, & tu uiginti respondeas, aut per contrarium, mihi uiginti stipulanti, tu decem respondeas, inutilis sit stipulatio. Sed vt alibi idem Vlpian. scripsit, diuersa causa est, summarum l. inter stipulantem. §. si stipulante. hoc tit. quare valebit huiusmodi stipulatio in decem, & sic in minori summa, cum receptum sit in uiginti, decem inesse: in quibus effectu concordant, licet sonus, & figura uerborum, nonnullam pre se ferant diuersitatem, quæ tamen stipulationi obesse non debet, quemadmodum si aureos stipulanti, eiusdem quantitatatis denarios spondidisses, quo casu, proculdubio obligareris. l. quæ extrinsecus. hoc tit.

Species §.

2 **NISI** in decem) Hinc Fran. † Areti. dictionis, nisi, naturam ostendit, vt negatiue postposita ponat, & affirmet. l. si eũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. l. extraneo. ff. de uent. in pos. mitten. l. Diuus Pius. ff. de custo. reorum. quod si affirmatiuam orationem sequatur negat. Nã cum dictio exceptiua sit, oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur necessario significat. l. actione. C. de trans. actio. quamobrem Panor. in c. ex parte. de sponsa. aduersus Butr. defendit, vt si quis ita puellæ dixerit, promitto aliam in uxorem non habere, nisi te contractum sit matrimonium. Sequitur Alex. consil. clj. vol. v. reliqua de dictione nisi, plenè perstrinximus, in d. l. actione.

Nisi dictio.

3 **NON** erit contracta) † Cæterum, cum in decem contrahatur obligatio, cur stipulationem huiusmodi inutilem esse docet Impera. in §. præterea. de inutil. stipula. Extat hac in re, pro autorum multitudine sententiarum, etiam copia. Ego cõmunem uerissimam puto, vt stipulatio inutil

inutilis sit in summa, in qua discordant, sed in minori, in qua conueniunt, valeat. vt hic. Quod autem §. præterea, dicit inutilem esse stipulationem, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non respondeat ita interpretor, vt quatenus quis ad interrogata non responderet, actum inutilem faciat, neque est nouum, et dictionem si, pro quatenus exponi. Bart. in l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j.

Determinabile quod equaliter determinet

Donatio pro parte valet.

5 Non etiam communi obstat et protrita illa ratio, vnum determinabile plura respiciens determinabilia, equaliter omnia determinare debet. Nam hoc ita receptum est, nisi diuersa subsit determinandi ratio. l. Caius. ff. sol. matrimo. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulga. l. ij. ff. de offi. procon. huius autem textus sic intellecti argumēto docet Barto. in l. j. col. fina. ff. de acqui. hæred. quod si donatorus mihi maximam pecuniæ quantitatem, quam præsentem habebat, ita dixerit, 6 Tolle hoc totum, quoniam et dono tibi. Ego verò minimè impudens partem duntaxat acceperim, in ea tantum parte donationem illam consistere. l. sancimus. C. de dona. cum in ea raturum modo sit consensus. nec habet mea sententia dubitationem hæc decisio.

An autem in prima huius textus specie, cum promissio maiorem continet quantitatem, quam interrogatio in illa maiori summa obligatio saltem naturalis oriatur apud Doctores questionis est, & non oriri etiam naturalem. Raphael Cuma. rectissime docuit, ideo neque vt pactum nudum valebit stipulatio, per hunc text. & l. j. §. eum qui. ff. de const. pe. Mathesilla. not. xxvij. sequuntur recētores & certè verissimum est, cum eam adlectionem pro superuacuo habendam sequens §. dicat.

Nator sum ma quod minor contineat.

7 ET DECEM inesse) et vulgaris regula, qua vix aliam tritiorem reperies in maiori summa minor inest. quod ex proprietate sermonis obtinet, vt Are. & alij communiter ex hoc text. docent. & l. ij. §. si plusquam. ff. de statulib. et patet et ad sensum, ideo in toto partem esse Vlpia. Procul. & Labeo dixerunt. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. l. quoties. §. sed si maiorem. ff. de hæred. instit. l. qui quartam. ff. de lega. j. l. qui concubinam. §. j. ff. de lega. ij. & Iulianus scripsit, si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alter

in decem, tertius in quinque condemnet, quinque debere præstari. quia in hæc summam omnes consenserint, approbante hoc Vlpia. l. diem proferre. §. inde quaeritur. ff. de recep. arbitris, & summo Pontifice in c. j. de arbit. in vj. fa. l. inter pares. §. fina. ff. de re iud. ijs accedat quod Alphenus constituit hæredes contra testamentum non facere, qui cum in testamento scriptum esset, vt in funere centum consumerent, amplius consumpserint. l. cum in testamento. ff. de ver. sig.

Ab hac porrò regula plures casus excipiuntur. Primus cum negando maiorem summam proferimus, verbi causa, si tibi à me postulanti centum mutuo, iurauerim centum non habere, cum octoginta haberem, non sum periurus. per hæc quippe non sequitur, quod minorem summam non habeam. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. qui tex. à Barto. & 9 alijs allegatur. Ipse tamen non et video, quomodo probet, exceptio tamen in se vera est, quamquam & alias traditum sit plus negare negationem, quam affirmatiuam affirmare. Accur. in l. hoc genus. ff. de condi. & demon. positio itaque maioris summæ inducit positionem minoris. At remotio maioris quantitatis non inducit remotionem minoris.

Verum docentes hac in re cōtorquet 10 Iul. Paul. constitutio. si et cum mihi (inquit) decem deberes, pepigero ne à te viginti petam, in decem tibi prodesse pacti conuenti, vel doli exceptionem. l. si vnus ex argentarijs. §. si cum mihi. ff. de pact. Barto. & alij limitationem nostram intelligunt, cum summa per modum simplicis denunciationis, seu conditionis prolata est, secus si per modum ineunde seu faciende conuentionis d. §. si cum mihi.

Sed si vera esset hæc solutio, testantem mihi decem debere effingeremus, atque ita in testamento cauisse, Corasio domum lego, si ab hærede viginti non petierit, quamuis decem peterem, mihi nihilominus legatum deberetur. quod nemo recti iudicij admitteret, cum testantis voluntas fuerit, hoc legato hæredem ab illius debiti solutione exonerare. Quare tu prostrata communi, dic melius, cum Ang. Perussi. quod in d. §. si cum mihi, illa negatiua promitto non petere viginti, implicitam habebat affirmatiuam. s. liberationem à debito precedente. Iustum autem

Fideiussio stipulatio nem requirit.

Declarat §. si cum mihi.

Fideiussor an in du riorē causam adhibeatur.

Individuum quadriplex.

autem est, vt qui quēpiam à viginti liberat, ab eodem neq̄ decem petat.

Secundus casus esset, cū de maiori & minori summa separatim, dispositū esset l. ex facto. §. itē quāro. ff. de vulga. cuius arg. Bald. tradidit, quod si duo sint iudices, quorum vnus de centum aureis, & infra ex lege municipij cognoscere possit. alter de ducentis, & infra, non poterit hic vltimus cognoscere de causa centum, cū sint distinctim dati Iudices. sequitur Alex. consi. lxxix. col. fina. vol. v. expressa namq̄ causa tacitam facit cessare.

Tertius casus est in fideiussione, neq̄ enim in durio rem causam fideiussor adhiberi potest, & adhibitus non tenetur, etiam in leuiori, qua reus obligatus erat, vt Accur. & omnes tenent, per l. Gracē. §. illud. ff. de fideiusso.

Sed hanc ¶ communem sententiam, neq̄ legi, neq̄ rationi conuenire semper existimaui. si quidem non nisi cum stipulatione fideiussio fieri possit. l. blanditus. C. de fideiussor. stipulatio autem simplex, & ex causa lucratiua in summa in qua concordant valet, quamuis in plus respōsum sit, quam interrogatus fuerit, vt hic. multo magis ergo fideiussio, qua causam onerosam continet.

12 Me mouet præterea ¶ Vlpia. responsum, si quis ( inquit ) centum aureos debens, ducenta constituat, in centum tenetur. quia ea pecunia debita est. l. hæcenus. §. fina. ff. de consti. pe. cuius textus generalis ratio ridiculosum Doctorum responsum summouet, qui aliud in constituto, aliud in fideiussione, temere docent. cū pro alio quis se soluturum constituat. l. vbi quis. ff. de const. pe.

13 Non obstat, quod Vlpia. in ¶ durio rem causam adhibitos fideiussores, placuerit omnimodo non obligari, in d. §. il

14 lud. Nā ¶ hoc intelligo respectu illius, quod illicite adiectum est. l. placuit. ff. de vsur. & in terminis nostris. l. si à reo. ad princ. ff. de fideiusso. quamuis autem dictio omnimodo præcisa sit. Accur. in l. si cum exceptiōe. §. quatenus. ff. quod met. cau. ex subiecta tamen materia, diuersam recipit interpretationem. Bald. in l. super rebus. col. ij. C. de cōtra. emp.

15 Quartus casus est in ¶ ijs, quæ indiuidua sunt. ea autem quatuor modis acci-

pi receptum est, natura, vt homo, equus, iura, actiones, & obligationes, seruitutes, & aliæ res incorporales. l. j. §. quēdā. ff. de re. diuis. l. stipulationes non diuiduntur. hoc tit. Accur. in l. vbi autem. ff. de condic. ob turp. cau. contrahentium voluntate, vt in eo, qui in binos arbitros cōpromiserit, non enim verosimile est altero contentum fuisse. l. Pedius. §. fin. ff. de arbi. Forma vt in fideiussione, quæ principali obligatione grauior esse nequit. l. Gracē. §. illud. ff. de fideiusso. & paulo ante, quo pacto id intelligendum sit, declarauit, & in sententiā, quæ pro parte valere non potest. l. in hoc iudicio. familiae hercisc. ff. Accessione, vt coloni ad fundum accessoriū sunt, ideo separari nequeunt. l. quemadmodum de agricol. & censu. lib. xj. Cod.

16 Porro, vt ad ¶ casum nostrum redeamus in indiuiduis, in maiori summa non inest minor, quare si iudex vltra summā suæ iurisdictionis iudicauerit, non valet sententiā, etiam in summa, in qua poterat iudicare. Accur. & ceteri in l. fina. ff. de iurisd. om. iud. quamquam alibi Accur. contrarium docuerit in l. ij. C. de re iud. quem saluat Pet. distinguēdo, cuius distinctionē authore suppresso, Bar. imprudenter sibi adscribit in d. l. fi. vt si quidem sententiā capitula separata, & diuersa contineat, defendatur, quatenus lata est intra iudicantis iurisdictionem. l. quædam. ff. fa. hercis. l. Cornelia Pia. ff. de iure patro. Quod si vnum duntaxat capitulum, secus. l. fina. C. quomod. pro uo. non est necess. neq̄ enim tunc potest res iudicata in parte valere, & in parte non. l. in hoc iudicio. ff. famil. hercisc.

Quintus casus est in testibus, qui non p̄bāt, si vnus de maiori, alter de minori summa deponat. Ioannes Andreas Anchar. & Francisc. in c. j. de arbit. in vj. Archid. in c. nihilominus. ij. q. ix. quia cum de diuersis summis deponāt, actū diuersitas præsumitur. l. quingenta. ff. de probat. l. cum centum. ff. de adimen.

17 lega. Idcirco ¶ cū singulares sint, non probant. c. bonę. j. de electio. c. licet causam de testib. quod prosequere vt per Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & Iuniores hic.

18 Sextus casus ¶ secundum Alexan. & alios est, in mandatis, quorum fines dili-

B genter

Sententiā  
vtrum pro  
parte con-  
sistat.

Testes sin-  
gulares nō  
probant.

Mandati fi-  
nes diligen-  
ter seruan-  
di.

Fideiussio  
stipulatio.  
nem requi-  
rit.

Declarat  
§. si cū m.  
li.

Fideiussor  
an in du-  
rio rem cau-  
sam adhi-  
beatur.

Indiuiduū  
quadru-  
plex.

genter custodire. Iul. Paul. nos admonet. l. diligenter. ff. mandat. Proinde si alicui de præbenda certi valoris provide-ri mandetur, in præbenda minoris valoris etiam ille volente, mandatum non poterit adimpleri, c. cui non de sacerdotali. de præbend. in vj. Sed hoc non esse ratione mandati. Socy. & Ias. contendunt, cum Iulianus scripserit, eum qui in maiorem summam quam rogatus erat fideiussisset, hæcenus mandati actionem habiturum, quatenus rogatus esset. l. rogatus. ff. manda. fa. l. si vitra. C. de fideiuss. Quare Ias. hoc speciale esse existimat, in literis obtinendorum sacerdotiorum: quæ ambitiosæ & odiosæ sunt: merito restringendæ. c. quamuis. de præb. in vj.

19 Postremo ex prædicta regula, caudicorum calumniam & nequitiam Bart. & alij confundi annotauerunt. qui positionem plus debito continentem, posse absque periurio in totum inficiari asseuerant, utque ita negent, clientibus consulunt. quoniam quemadmodum qui petit totum, petit singulas eius partes. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud. ita negans totum, negat quamlibet eius partem. l. si defensor. §. si. de interro. actio. l. pupillus. §. si. ff. de ver. signifi.

Totum con-  
tinet singu-  
las partes.

Periurij  
presum-  
ptio vitan-  
da.

21 Ego aduersus Bar. & ceteros, benignam facerem interpretationem. ne negantes periurij reatu, & perfidia notarentur. c. cum hi. de testib. Neminem quippe tam immemorem diuini timoris arbitramur, ut vllum commodum proprie salutis, deierando anteponat. l. fina. C. ad leg. Iul. repet. proinde vitandi periurij gratia, presumendum est, non partem sed totum reum negasse.

Porro in condemnatione expensarum, si de ea re iudicaturus essem. primum illud inuestigarem, an scilicet actor plus debito petisset: ut quia eidem quantitas quam plus petit, exsoluta erat: & tunc cum Stellionatus crimine per suam calliditatem plectatur. l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mada. etiam in omni damno, quo ex hac plus petitione reus est affectus, ex Iustiniano in §. sed hæc quidem. de actio. puniendus est. Ceterum si ignoranter, quia in alterius locum successisset, reum totum fraudulenter negantem nisi pari ignorantia afficeretur, expensis multare.

Quamquam Salic. & posteriores in l. properandum. §. siue autem alterutra. C. de iud. contrarium affirmant: eorum sententiam cum ex alijs, tum ex Bart. defendentes in l. qui solidum. in prin. ff. de lega. ij. sed si bene perpendatur Bar. diuersa est illius traditio. quippe loquitur cum reus non totum negauit, sed partem debitam obtulit: qui casus indubitatus est: Panor. in c. vni. col. pe. de plus peti. hæc tamen in re non parum iudicis arbitrio tribuerem, qui ex negotij qualitate, personarum, aut rerum, diuersum statuere poterit. ad eius ergo prouidentiam, omnia remitemus. Ioannes Corasius Tolosæ iij. Maij. 1541.

§. SED SI MIHI.

- 1 Species §. sed si mihi.
- 2 Alternatiua summarum & specierum.
- 3 Stipulatio omnium seruorum.
- 4 Stipulatio inutilis, an ualeat ut pactum.
- 5 Explanatus §. si tibi. l. rogasti.
- 6 Consensus, an semper producat naturalem.
- 7 Actus tot sunt quot capitula.
- 8 Declarata l. si heredi.
- 9 Iuramenta, an tot sint quot articuli.
- 10 Verbum sum, es, est, ueritatem notat.
- 11 Ias. sententia explosa.
- 12 Vitale per inutile an uitietur.
- 13 Donatiua uenialia.
- 14 Iusurandum indiuiduum.
- 15 Testis dictum in parte falsum.
- 16 Falsum quandoque non punitur.

*Sed si mihi Pamphilum stipulanti, tu Pamphilum & Stichum sponderis, Stichi adiectionem, pro superuacuo habendam puto. Nam si tot sunt stipulationes, quot sunt corpora, duæ sunt quodammodo stipulationes: una utilis, alia inutilis. Neque uitietur utilis, per hanc inutilem.*

2 **S**ED SI MIHI) Stipulabar à te Pamphilum, tu & Stichum, & Pamphilum promisisti: an Stichi adiectio inutilis, (ut ex præcedentibus paragraphis patet,) stipulationem etiam in Pamphilo vitiet, quaesitum est. Et cum sint duæ stipulationes, una utilis de Pamphilo, alia inutilis de Sticho: non vitietur inutilis vitile. valebit ergo in Pamphilo stipulatio, adiectio autem Stichi, pro superuacuo habebitur.

Pamphil

Species §.

Promissio  
facta de o-  
mnibus ser-  
uis excepto  
vno.

Alternati-  
ua summa-  
rum & spe-  
cierum dif-  
ferentia.

Alternati-  
ua summa-  
rum & spe-  
cierum dif-  
ferentia.

2 PAMPHILVM & Stichum) Econ-  
trario si de Pamphilo & Sticho te inter-  
rogem, licet vnum tantum spoponderis,  
teneris, alteriusq; adiectio, pro superua-  
cuo habenda. si vero alternatiue interro-  
gatus † de Sticho, aut Pamphilo, tu v-  
num promittas, constat cum species sint,  
non teneri te, neq; ad interrogata esse re-  
sponsum, diuersa causa est summarum:  
quoniam si te interrogem an decem, an  
viginti promittas, tu decem respoderis,  
recte responsum est. l. inter stipulantem.  
§. si stipulante. hoc tit. differentia autem  
rationem inter alternatiuam summarum,  
& specierum, Accur. prodidit: quia tot  
sunt stipulationes, quot species, sed in  
summis vna est tantum stipulatio.

Hoc est (ne te moueat impugnatione  
Barto.) In alternatiua summarum, sem-  
per vna summa s. minor, est in obligatio-  
ne. l. si ita stipulatus fuero decem aut  
quinque. hoc tit. Idcirco quamuis alter-  
natim interrogatus, de vna respondeat,  
aut de vna interrogatus, respondeat al-  
ternatim: non variatur qualitas obliga-  
tionis, quae semper vna fuit. diuersum est  
in speciebus, quoniam si te de duabus  
alternatiue interrogauerim, tu vero de  
vna responderis, illa precise est per re-  
sponsum tuam in obligatione, non  
secundum interrogationem, secundum  
quam illam, aut illam, soluere poterat.

Idem per contrarium, si te de vna in-  
terrogem, tu de duabus alternatiue re-  
spondeas: etenim semper est in obliga-  
tionis qualitate, maxima diuersitas. cum  
ex vnus intentione, vna sit precise in ob-  
ligatione. Cuius interitu, ante mora de-  
bitor liberatur. l. quod te. ff. de reb. cred.  
ex alterius autem voluntate, qui alterna-  
tiue vel promittit, vel interrogat, etiam  
vna ex speciebus percepta. In altera obli-  
gatio remanet. l. Græce. §. si quis Stichum.  
de fideiussor. ff.

3 Quid autem † si stipuler omnes ser-  
uos tuos, tu vero omnes præter vnum  
promittas, an consistat stipulatio qua-  
estionis est, & crebro Dy. sententiam re-  
ceptam videmus, vt si certus & determi-  
natus seruus exceptus sit, in omnibus,  
præterquam in excepto, valeat stipula-  
tio. perinde enim est, atque si de singulis  
interrogatus esset. l. si chorus. de legat.  
ij. quamuis contrarium Bald. & male

defendat, in cap. ad audientiam, in fin.  
de rescript. Quod si seruus non sit certi-  
tudinaliter exceptus, vt quia interroga-  
tus, an omnes seruos tuos promitteres?  
responderis promitto, omnes vno exce-  
pto, non nominando quem excipere de-  
sideras: non valebit stipulatio. quicquid  
Barto. nugetur. tum quod non appareat,  
quid, quale, quantumq; sit in obligatio-  
ne. l. triticum. & l. vbi autem non appa-  
ret. hoc tit. & l. certum. ff. de reb. cred.  
tum quod varietur qualitas obligatiōis.  
Nam si interrogationem attenderis, ser-  
ui omnes in obligatione sunt. l. si cho-  
rus alleg. si vero responsionem, nullus  
precise, cum debitor eligere possit quæ  
velit.

Neq; dixeris in dubio meliorem exce-  
ptum videri. l. si ita ascriptum. ff. de lega.  
ij. Accur. in l. si fuerit. ff. de reb. dub. hoc  
enim est duntaxat ex præsumptione qua-  
dam quæ falli potest. Nam cum in spe-  
ciebus cadat affectio, fieri potest vt ne-  
gligat quis meliorem, aut mediocrem,  
& deteriorem in quam magis sit affe-  
ctus eligat. §. huic autem. de actio. in in-  
stit. & ita teneas, quamuis plerique con-  
tradican.

(PRO SUPERVACVO habenda)  
Probat hæc litera, secundum Iaso. & re-  
centiores, quod si interrogationi facta  
de vna specie, de duabus copulatiue re-  
spondeatur, in specie adiecta non indu-  
catur etiam pactum nudum. Cuius do-  
ctrina omnium primus assertor fuit Ma-  
thesilla. Istius tamen text. immemor, no-  
xxvij. quia sicut ad speciē de qua interro-  
gatus est, ita ad adiectā verisimiliter pro-  
missor verbis obligari voluit, vt equalis  
4 fiat determinatio, quare † cū non valeat  
adiectio speciei, vt stipulatio, non vale-  
bit etiam pactum nudum. l. ij. §. eū qui.  
ff. de const. pe. & traditur in §. si quis ita  
huius l.

5 Vbi Bart. Soci. † hanc Mathesilla. &  
sequacium sententiam improbat. nam si  
dem mutuo decē, ita vt vndecim reddas  
in illo vno pluri, quamquā re obligatio  
non contrahatur: inest tamen pactū pro-  
pter cōsensum l. rogasti. §. si tibi. vbi Ac-  
cur. ff. de reb. cred. Ad rationem autem  
Mathesil. responsum patet, cum & ibi  
obligatio difformiter determinetur, ne  
actus irritus fiat, Barto. in l. cū vulgari.  
B ij ff. de

Stipulatio  
inutilis an  
valeat vt  
pactum.

Promissio  
facta de o-  
mnibus ser-  
uis excepto  
vno.

Species §.

ff. de do. prælega. & in l. si Scia. §. Caio. de fund. instruc.

Quam sententiam & illa ratio non parum iuuerit, quod hoc casu vtriusque partis consensus interueniat: & promittentis expressus, & interrogatis tacitus, aut presumptus quando quidem hoc sibi utile sit, proinde tacendo, presumitur consentire. l. qui patitur. ff. mandati. est ergo pactum cum sit duorum consensus.

Ias. tamen hoc loco Mathesilla. sequitur, & ad Accursi. doctrinam in d. §. si tibi respondet, quod ibi obligatio difformiter contrahitur, propter impossibilitatem. Nam ut re obligatio in plus contrahatur, quam datum sit, fieri non potest. l. si tibi decem milia. ff. de pactis. quæ impossibilitas in themate nostro cessat, cum secuta complacentia in plus promissor obligari possit, quam interrogatus fuerit. §. si quis simpliciter huius. l.

6 Sed facilius & t̄ verius responsum est, ne lectorem inuoluamus, si negaueris Accursij opinionem veram esse: neque enim in illo vno pluri naturalis etiam obligatio oritur, ut Baldus docuit in lege eius qui in prouincia. col. vj. ff. de rebus credit. per dictum. §. si tibi. vbi hoc sequuntur Modernio. & in consequens pactum nudum induci non potest, & si dixeris vbi adest consensus ibi adest naturalis obligatio: l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. de solutio. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regulis iur. Responde hoc verum esse in contractibus qui consensu solo perficiuntur: secus in ijs qui re contrahuntur. dicta l. si tibi. & §. si tibi. & melius quam alibi probatur in l. eius qui in prouincia. ff. de rebus credit. dum text. dicit neque pignora teneri. vbi in mutuo vtriusque consensus interueniat, si tamen stipulatio nulla interceserit, neque (inquit Africa.) ut creditam pecuniam, neque pignora teneri. & tamen pignorum dationem, sola obligatione naturali sustineri, recepti iuris est. l. per retentionem. C. de usu. lege. j. ff. de fideiussoribus.

7 Quot sunt corpora) t̄ Repetit idem Ulpia. in l. scire debemus hoc titu. Scire (inquit) debemus, in stipulationibus tot esse stipulationes, quot species. hinc dicimus tot esse sententias, quot capitula. l. quid tamen. ff. de recept. arbi. Accur.

in l. etiam. §. ex causa. ff. de minoribus. et tot accusationes, quot crimina delata. l. prima. §. si plura. ff. ad Turpil. Barto. in lege libellorum. §. penulti. ff. de accusat. & tot legata, quot res legata, ideo alterum repudiare, alterum legatarius amplecti potest. l. sed duobus. ff. de le. ij. & tot donationes, quot res, seu summae donata. l. sancimus. §. si quis autem per plura tempora. C. de dona. nisi in fraudem legis hoc ageretur, ne forte insinuarentur. Specu. tit. de dona. §. j. col. iij. Barto. in l. Modestinus. ff. de dona. Bald. in l. illud. col. v. C. de sacrosanc. eccle.

8 Prædictis t̄ tamē obstat quod dici solet plura capitulata capitula, vnius loco haberi. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. Ego missa Bar. cæterorumque solutione, l. si hæredi intelligo, cum plura ab homine conditionaliter copulantur: nam si dispositiue ex prædictis diuersum dicere cogimur. Idem si conditionaliter, & à lege plura copularentur, putà à principis rescripto: nam si ad effectum rescripti alterum sufficeret, censentur ut distincta, & diuersa. cap. ij. de rescrip. talis quippe mens rescribentis esse conijcitur.

9 An autem tot t̄ sint iuramenta, quot articuli, super quibus iuratur? Archidiaconus in c. inter cætera. xxij. q. v. disputat, & tandem non esse audiendos legistas, qui hoc faterentur, dixit. Cum quo Socinus hic tenere videtur, & aperte Iason in dicta l. scire debemus. Ego verò neque Canonistam hoc negare posse contenderem, articulos impertinentes excipio, ad quos iusiurandum non refertur. Bal. in l. si ex falsis. in fi. C. de transactio.

Illud autem prætereundum non est, super quo Aretinus & Iuniores non parum laborant, an quod dicimus tot esse stipulationes, quot corpora, verum sit propriè loquendo, an verò iuris duntaxat intellectu, & sic impropriè? Quod Cumanus, Imola, Aretinus, & alij crebro existimauerunt. Cum vna sit oratio, & vnica verborum cõceptio. Igitur verè vnicus actus stipulationis. l. vni. §. is ita. C. de caducis tollend. iuuat hanc sententiam dictio quodammodo, hic posita, quæ nota est improprietas. l. j. ff. de rerum diuisione. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. l. si me in vacuam. ff. de acquiren. posses.

Cate

Tacens cõsentit.

Naturalis obligatio an semper oritur ex cõsensu.

Senten. tot sunt quot capitula.

Sum, es, est, verbu notat veritatem.

Ias. sententia improbat.

L. si hæredi plures explicata.

Iuramenta an tot sint quot articuli.

Vtile per inutile an vitetur.

Quodammodo dictio.

10 Ceterum Ias. contra t tenuit, tot esse proprie verè, & numero stipulationes, quot res cum Iuriconsulti verbo sum, es, est, vtantur: quod proprietatem, & veritatem significat. Accur. in l. mercis appellatione. ff. de verb. significat. Bart. in l. si maritus. §. legis Iuliae. ff. ad l. Iul. de adulter. decepit autem Aret. & alios (inquit Ias.) dictio quodammodo quæ ad inutilem & inuvalidam stipulationem est referenda ea quippe improprie stipulatio est. l. ij. §. j. ff. quemad. testa. aperiã. sed hoc prius fuit Soci. responsum.

Sum, es, est, verbū notat veritatem.

Ias. sententia improbata.

L. si hæredi plures explicata.

11 Mihi tamen t hæc Ias. sententia nullatenus placet. quippe quæ verbis, & menti Iuriconsultorum aduersetur. quis em verè duas stipulationes intercessisse dixerit: vbi vna tantum præcessisset interrogatio, & vnica secuta est responsio: ne mo sanè, sed ex legis potestate id fieri dicet. Proinde Paul. respōdit, quoties pluribus specialiter pactis, vna omnibus stipulatio subiicitur, quamuis interrogatio vna ac respōsum vnum subiiciatur, perinde tamē haberi debet, ac si singulæ species in stipulationem deductæ fuissent. l. Titia. §. fina. hoc tit. vides Paul. dictione perinde vti, quæ non verum, sed improprium actum significat. l. nisi. §. item sciendum. ff. si cui plus quam per leg. falcid. l. iure Ciuili. ff. de cond. & demonstr.

Iuramenta an tot sint quot articuli.

Vtile per inutile an vitietur.

12 NEQVE vitatur utilis) Nihil t hac regula vulgatius. quod vtiliter gestum est, propter inutile non vitatur. Proinde quanquam non valeat ipso iure promissio, per quam amplius doti promissum est, quam mulieris facultates valent: non tamen rota obligatio corrumpitur, sed tantum quod superfluū est infirmatur. l. siue generalis. ff. de iure dot. Sic si duo tutores, alter verus, alter falsus, auctoritatem accomodauerit, valebit quod gestum est. l. j. §. j. ff. quod fal. tuto. auto.

Idcirco Bartol. in l. Imperator. ff. de sta. ho. docuit, quod si in instrumenti cōfectione notarij duo interueniant, quorū vnus probatē fidei, alter infamis sit: valebit tamen instrumentum, & falsum, quod vni transactionis capitulo causam dedit, ad aliud separatim capitulum non protrahitur, vt rescindi possit. l. si ex falsis. C. de transac. Ita etiam adiectæ ultra sortem illicitæ vsurę vitiantur, & non vitiat. l. vsuras. & l. placuit. ff. de vsur. Sic &

donatio, quæ supra quingentos aureos insinuationem requirit: si supra eā summam facta, & apud acta descripta non sit: quod superfluum est, tantummodo vitatur. l. sancimus. C. de donationibus.

Similiter quod supra legitimum modum vitrico, aut nouerçę relictum, aut datum est duntaxat pro non scripto habetur. l. hac edictali. §. sinuero. C. de secund. nupt. & cum mihi, & alteri stipulor, vtiliter facta mihi stipulatio, propter alterius inutilem non vitatur. §. si quis de inutil. stip. Ideo August. ad Donatistas scribens, quæ scismatici, & heretici erroneè docent, & perditæ agunt improbamur, quæ verò non aliter atq; vere ecclesię tradunt, dum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus. c. sicut facti. j. q. j. sic & Innocent. iij. factū legati licitum approbavit, & illicitum reprobavit. c. dilectus t filius T. de præben. Sic & donatiua venialia, (quæ Barbaro nomine indulgentias appellamus) si statutum consilij generalis exceßerint in eo nihilominus in quo poterant valent, tex. & glo. in c. fina. de pœni. & remissio. in vj.

13 Sanè, suprascripta regula perpetua nō est, ab ea etenim plures casus excipiuntur, quos ad vnā doctrinam redigi nō posse Fulgos. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. de reb. cred. fatetur, & verū est hanc materiam propterea spinosam appellās, in qua animus suus quiescere nō potest.

Donatiua venialia.

Nos iuniorum erudiendorum causa vulgarem tantum casum attingemus, is est, in his quæ adeo coniuncta sunt, vt diuisionem non recipiant, in quibus vtile, per inutile vitari receptum est. l. si sponsus. §. generaliter. ff. de dona. inter virum & vxor. l. j. §. item queritur. & §. Trebatius. ff. de aq. quo. & acti. Accur. in l. pecunia fenebris. ff. de vsur. hoc autē quatuor modis contingere ostendit Bart. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. & nos anteriori §. declarauimus.

14 Sed obstat, quia t iusiurandum indiuiduum est, Bald. in l. si ex falsis. C. de transac. & in c. j. col. ij. de contro. inuest. in feud. quod tamen pro parte valet: & pro parte non. Gloss. in c. petitio. de iureiuran. sed quoad fidem, quæ indiuidua est. c. si ad scripturas. ix. distinctio.

Iusiurādū indiuiduū.

B ij dunta

Quodam modo distinctio.

duntaxat iusiurandum indiuiduum interpretor, quod in vno deierans, fiat omnium reus, quoad effectum tamen diuiditur. c. dilecti, de maiori. & obed.

Obstat preterea laboleni constitutio. Si (inquit) solum vendam, vt mihi & vicino seruiat adiectio vicini, pro superuacuo habenda est, ita vt tota seruitus ad eum qui receperit pertineat. l. propriu. ff. commu. praedio. Solut. vna seruitus diuidi non potest, sed ibi facta ad duas personas relatione duae erant seruitutes numero, saltem quarum vna, ab altera separari poterat. nimirum si inutilis vtili non vitiet. Fa. l. si is qui duos. ff. de liberat. legat.

Testis di-  
cti in par-  
te falsum.

15 **C**eterum, non est t̄ suprascripta regula infructuosa, quippe quae ad pluriū quaestionū decisionē trahatur & primo ad testis depositionem: quae cum fidei, & iusiurandi ratione indiuidua sit: in parte falsa, tota vitatur, plerūq; enim (vt Ambro. lib. de paradiso Dei dicebat) dum ad seriem gestorum testis aliquid ex suo adiecit totam testimoniū fidem, partis mēdacio decolorat. c. pura. iij. q. ix. glos. in c. in nostra. de testib.

Falsum  
quique non  
punitur.

16 **E**xcipe quotiens falsum, non in principalis rei substantia vertitur, sed in aliquo non ad causam t̄ pertinenti. Inno. in c. fraternitatis. de haeret. Bald. in l. si ex falsis. C. de transactio. quemadmodum, si quis non nihil, vel addat, vel diminuat rescripto, si non substantiale sit, non punitur de falso. Mar. Soci. in c. fin. col. ij. de cri. fal.

Ex praedictis item Alexand. sanctissime consuluisse cōvincimus, consi. lxxx. iij. vol. ij. Cū de duobus fratribus qui reciproce pepigerant, vt altero sine liberis moriente, superstes succederet. & ex tunc alter superstiti inter viuos donauit omnia bona sua, Cū solitis reseruationibus respondit, (& quidem recte) Alexand. donationem huiusmodi valuisse. Neq; per inutile pactum de succedendo, potuisse vitari, hac ad nostrae regulae cognitionem satis sint. reliqua ad recentiores. Ioannes Corasius Tholosae vij. Maij. 1541.

§. EADEM.

- 1 Species §. eadem.
- 2 Formae defectus actum vitiat.

- 3 Stipulatio per A, & B, an contrahatur.
- 4 Explicata l. omnes.
- 5 Dicta in praefationibus.
- 6 Homo an fingat.
- 7 Idiomatum diuersitas an stip. vitiet.
- 8 Intellectu l. decreta.
- 9 Latinus sermo olim omnibus communis.
- 10 Alciatus parum sibi constans.
- 11 Noua declaratio.
- 12 Iudex qua lingua fert sententiam.
- 13 Honor latini sermonis.
- 14 Testis debet intelligere idioma.
- 15 Testi uni an pacto fieri possit ut credatur.
- 16 Interpres testis non est.

*Eadem autem an alia lingua respondeatur nihil interest. Proinde si quis latine interrogauerit, & respondeatur ei Graece, dummodo ei congruenter respondeatur, obligatio constituta est. Idem per contrarium sed hoc utrum usq; ad Graecum sermonem protrahimus. an uero & alium, Poenum forte, uel Assyrium, uel cuius alterius linguae, dubitari potest. Et extat scriptura Sabini, sed uerum puto, ut omnis sermo contineat uerborum obligationem, Ita tamen ut uterq; alterius linguam intelligat siue per se, siue per uerum interpretem.*

1 **E**ADEM autem) t̄ latine interrogauit promittis mihi decem. tu Graece respondisti ἐγγυδ, quod est Latine, promitto, an contracta sit stipulatio questionis est: & respondet Ulpia. nihil interesse, an eadem, vel alia lingua respōdeatur: omnis quippe sermo, uerborum obligationem continet modo per se, aut per uerum interpretem, alter alterius linguam intelligat. Proinde, siue Graece, siue Punicè, siue Assiriè, responsum sit, stipulatio contractur.

Species

2 Non mediocrem tamen huic sanctioni dubitationem faciebat, quod pro forma in stipulatione inductum sit, vt alter alterius sermonem t̄ & audiat, & intelligat vt hac l. in princ. ubi diximus, forma autem non seruata, actus corrumpit. l. cum ij. §. preter. ff. de transactio. nib. l. si vnus. C. de testamentis. capitulo maio

Forma nō  
seruata a  
Corruis.

Stipulatio 3  
an p A, &  
B, contrahatur.

4  
Declarata  
l. omnes.



maiores de baptismo. imo formæ defectus, quantumcunq̄ modicus actum vitiat Butri. in ca. pisanis de restitu. spo. neq̄ enim illi quicquam vel addi, vel detrahi potest. Bartolus in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. Bald. in l. fina. C. de su. & legiti. Quare nec etiam per æquipollens implere sufficit. l. fina. §. omnem C. de administrat. tuto. videbatur ergo prima fronte stipulationem huiusmodi non valere: cum contrahentes non se inuicem intelligant. sed duntaxat per interpretem quid aliud dici possit.

Non video aliud quid dici possit quã quod semper existimaui, pro forma traditum esse, vt vterq̄ loqueretur, vt interrogatio præcederet, & responsio sequeretur: vtq̄ alter, alterum exaudiat. idq̄ negare non possumus. non autem pro forma, lex induxit, vt per seipsum intelligere debeat quod ex hoc text. inuitabiliter conficitur.

CONGRVENTER respondeatur.)

Stipulatio  
an p A. &  
B. contrahatur.

3 Fortissimum † ex Cuma. & Castr. sententia prestat hæc litera Accursio argumentum. cum in §. in hac re in fi. de verbor. oblig. voluit, per A. & B. non contrahi stipulationem: quamuis contrahentes litera A. promittis, & B. promitto significari intelligerent. cuius sententia vera est. quam & illa ratio confirmat frustra ex stipulatu quis sibi obligatum facere conatur à quo, legitimis verbis sibi quid dari, fieri ve non sit stipulatus. nam per stipulationē, verbis (quæ de illius substantia sunt) obligamur. ideoq̄ dicitur verborū obligatio. l. obligamur. §. verbis. ff. de actio. & obligat. non ergo ex characteribus literarum, quæ ex proprio significato, talem minime recipiunt interpretationem, sed perfectionem quã homo inducere nequit. l. si forte. ff. de castren. pecul.

Declarata  
Lomac.

